

Lit. Graec. B

5446



— 17 —

~~Philos. Dr. A. [unclear]~~ III





9.

PYTHAGORAE  
AVREA CARMINA

CVM  
INTEGRIS ANIMADVERSIONIBVS  
FRIDERICI SYLBVRGII, THEODORI  
MARCILII, VITI AMERBACHII  
ET PETRI NEEDHAMI  
GRAECE ET LATINE.


---

NVNC DENVVO RECENS VIT

CVM

OPTIMIS QVIBVSQVE CODICIBVS  
TYPIS DESCRIPTIS CONTVLIT IN-  
TERPRETATIONEM LATINAM EMENDAVIT,  
HISTORIAM BREVEM DE REBVS AD PYTHA-  
GORAM PERTINENTIBVS, VARIANTES  
LECTIONES OBSERVATIONES  
ET INDICES

A D I E C I T

 IOH. ADAM SCHIER

A. M.

---

L I P S I A E  
IMPENSIS IOH. MICHAEL TEVBNER.

MDCCL.



V I R O  
PRAECLARISSIMO AMPLISSIMO  
ATQVE DOCTISSIMO  
DOMINO  
IOH. GOTTLIEB  
BIDERMANNNO

A. M.

PHILOLOGO CELEBERRIMO  
ET ILLVSTRIS GYMNASII, QVOD  
FREIBERGAE IN HERMVNDVVRIS  
FLORET, HODIE RECTORI  
LONGE MERITISSIMO

S. D.

IOH. ADAM SCHIER.

V. 11  
FRANCISCA  
ATQUE  
DOMINO  
IOH. GOTTLIEB  
REDEMANNO


A. M.

PHILIPPO  
MARTINIS  
REDEMANNO  
HODIE  
IOH. GOTTLIEB  
REDEMANNO

s. d.

IOH. ADAM SCHNER





Consueuerunt Scriptores  
cum antiqui, tum recen-  
tiores, **VIR PRAE-  
CLARISSIME**, post-  
quam libros suos, imo liberos, quos in-  
genio suo pepererunt, ad calcem per-  
duxere, illisque ultimam manum im-  
posuere, virum quempiam amplissima  
dignitate et auctoritate conspicuum  
quaerere, cui labores suos dedicent,  
nuncupent atque commendent, vt eius  
fauore ac patrocinio muniti, pesti-  
lentissima inuidorum spicula, critico-  
rumque temeritatem non reformi-  
dent. Minime igitur miraberis,  
**VIR PRAECLARISSIME**,  
si ad **TE** confugi, et leuidense hoc  
**TIBI** opusculum, horis subcisiuis a  
me elucubratum, offerre ac dedicare  
constitui. Nam vniuersa, quam la-  
tissime patet, erudita ciuitas eo **Te**  
loco habet, quo esse mereris. Acta

Tua Scholastica egregie seruiunt  
*TVAE* famae et existimationi.  
Hic sane liber veluti Mercurius ali-  
quis est, qui eximiam et exquisitam,  
qua vales, doctrinam per omnes eru-  
ditas enuntiat prouincias. Quid  
quod scriptis etiam multis aliis, mole  
quidem paruis, at ingenio magnis,  
nomen Tuum iam pridem ab obliuio-  
ne vindicasti. Ante tres, et quod  
excurrit, annos, proceres urbis pa-  
triae Te eo lubentius et alacrius  
Namburgo Rectorem illustris Gy-  
mnasii sui vocarunt, quo explora-  
tius habuerunt, Te hanc, quam na-  
tus es, spartam mirifice ornaturum.  
Sed ad me ut redeam, iam diu est,  
*VIR PRAECLARISIME*,  
quod demissum animi cultum, quo in  
Te ferri, totumque rapi me sentio,  
publico quodam argumento testatum  
facere, constitutum habui. Quo  
minus vero id auderem, variae  
omni-

omnino impediuerunt rationes. Impediuit istud videlicet ea, quae mihi conueniebat, modestia: quin imo neque per verecundiam id ipsum licuit, quae uti semper mihi curae cordique fuit, ita in hoc potissimum negotio, quum nullum plane ad Te mihi fore accessum opinarer. At timorem illum pudoremue non parum diminutum apud me sensi, postquam a splendore eximiarum virtutum TVARVM meritorumque oculos non nihil auersos in humanitatem TVAM facilitatemque penitus intueri iussi.

Accipe igitur, VIR PRAECLARISSIME, hoc qualecunque opus, qua soles, fronte id est serena et beneuola, animumque TIBI deditissimum multo magis quam exiguum paginarum numerum respice, studiique immaturi menda lima TVA et censura doctissima

Etissima corrige. Quod si facies,  
eximie laetabor et voti me sum-  
mam consecutum putabo. Quod  
reliquum est, nihil magis in votis  
habeo, quam vt Deus Optimus  
Maximus TE, VIR AMPLIS-  
SIME, quam diutissime saluum  
sospitemque in Gymnasii Freiber-  
gensis et vniuersae ciuitatis eru-  
ditae emolumentum conseruet at-  
que tueatur. Ita vero vale, me-  
que, si mereor, fauori et patroci-  
nio TVO in posterum habe com-  
mendatissimum. Dabam e museo,  
in Academia Lipsiensi Dominica  
Iubilate A. R. S. MDCCL.

LECTO-



## LECTORI BENEVOLO

S. P. D.


IOH. ADAM SCHIER.

**P**ythagorae Principis fere Philosophorum veteris Graeciae monimenta, quae sub nomine aureorum carminum circumferuntur, iterum emendata et studiose recensita produnt. In quibus quid praestitum sit, perpau- cis, vt verius aequiusque de noua operis edi- tione iudices, *Te, Lector optime*, docebo. Non autem mihi tam felici esse contigit, vt manu exaratos Codices, quorum magna in nostris oris est penuria, ipse potuerim cum editis confer- re. Sed iis me contentum esse oportuit edi- tionibus, quas olim doctissimi viri *Aldus Ma- nutius, Henricus Stephanus, Fridericus Sylbur- gius, Ioachimus Camerarius, Theodorus Marci- lius, Vitus Amerbachius* alique iuris publici fecerunt. Relictis autem omnibus, id inpri-

## PRAEFATIO.

mis curae habui, vt prodirent emendata; quo nomine nulli pepercit labori. Maxime etiam me iuuerunt, quod ingenue fateor, atque etiam profiteor, et prae me fero, clarissimorum modo dictorum virorum Notae et animaduersiones, quas ante quadraginta, et quod excurrit, annos, Praestantissimus Anglus, *Petrus Needham* Cantabrigiae, cum diu latuissent, ex tenebris in lucem produxit. His superaddidi variantes lectiones, quas reperire potui. Cumque intelligerem, interpretationem Latinam non vbique genio Graecae linguae satis facere, eam quam studiosissime et solertissime emendauit. Historiam denique breuem de rebus ad Pythagoram pertinentibus, nec non obseruationes quasdam de nostro et duplicem indicem, alterum philologicum verborum, alterum auctorum potiorum in opere allegatorum, adieci. Haec volui, *Beneuole Lector*, ne nescires. Si Deus vitam et vires largiatur, plura huius generis opera proxime a me accipies. Ita vale et conatus meos benigne interpretare. Dabam e museo in Academia Lipsiensi, Dominica Iubilatę A. R. S. MDCCCL.

INDEX



I N D E X  
EDITIONVM PRAECIPVARVM  
PYTHAGORAE CARMINVM\*.

- 1494 *Venetiis* apud *Aldum Manutium* in fol. Graece typis luculentis, vna cum *Hesiodo*, *Theognide*, *Theocrito*, *Phocylide*, *Catone Planudis*, et aliis quibusdam Gnomiis.
- - *ibid.* in 4. apud *Aldum* cum *Const. Lascaris*, de octo Partibus orationis *Libr. III.* item *Cebetis Tab. Phocylide* etc.
- 1532 *Basileae* in 4. Graece cum multis aliis Scriptoribus Gnomiis Graecis.
- 1539 *Argentorati* in 8. cum duplici interpretatione et Scholiis *Viti Amerbachii* et frequenter recusa, vt *ibid.* 1561 et 1565. in 8. *Geneuae* 1569 et 1584. in 12. *Lipsiae* 1576. 1580. 1594. 1603. in 8.
- 1594 in 12. apud *Petrum Brubachium* cum *Hesiodo*, *Theognide*, *Phocylide* etc. vid. *Biblioth. Vffenbach.* T. I. p. 689.
- 1551 *Basileae* in 8. apud *Iob. Operinum* cum *Theognide*, nec non *Phocylidis*, *Solonis*, *Tyrtae*, *Simonidis*

\* Editiones carminum aureorum plerasque insigniores retulit *Iob. Alb. Fabricius* *Bibl. Graec* Vol. I. p. 434. seq. et p. 461. seq. Nos ibi annotatas repetemus et omissas adiiciemus.

## INDEX EDITIONVM.

*dis, Eueni Parii et Callimachi* quibusdam carminibus, et *Ioachimi Camerarii* eruditis commentariis Graecis praecipue in *Theognidem*.

1555 ibidem in 8. ex eadem recensione.

1559 ibidem in 4. mai. vna cum *Theognide, Phocylide* et aliis Scriptoribus Gnomis Graecis ex recensione *Michaelis Neandri* Sorau. †

1561 ibidem in 8. cum *Theognide* Megarensi: additis aliis Gnomis a *Iacobo Hertelio*, Curiensi Collectis, cum eiusdem prosaica et aliorum poëtica translatione. Hanc *Hertelii* collectionem Poëtarum Graecorum integram Graece et Latine recudit *Ioh. Crispinus*, Geneuae 1569 et 1584. in 12. Repetita quoque fuit *Lipsiae* 1591. et iterum 1600. in 8. item *Helmstadii* 1668. in 8. vid. *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. I. p. 441.

1566 Parisiis in fol. inter Poëtas Graecos principes *Henrici Stephani* \*, typis luculentis et nitidissimis \*\*.

1577

† de hoc *Neandro* consulenda *Antonii Theisserii* elogia *Thuanea* ad annum 1595, quo diem obiit supremum. Catalogus Scriptorum *Neandri* occurrit in eius *Erotematibus* Graecae linguae p. 486. seq. editionis *Witteb.* 1586. in 8.

\* de vita et meritis eius adiri meretur *Scaeuola Sammarzhanus* Elog. Gallorum p. 240. seq. Editionis *cel. Heumanni*; *Zeltnerus* in *Centuria eruditorum Correctorum* p. 515. seq. et *Clarmundus* *Vitarum clar. virorum* P. VIII. p. 68. seq.

\*\* vnde eum *Andreas Schottus* *Quaest. Tull.* L. I. p. 64. argute vocat *Typographorum*  $\sigma\acute{\epsilon}\phi\alpha\nu\omicron\nu$ .



## INDEX EDITIONVM.

1577 Lipsiae in 4. mai. in *Mich. Neandri* opere aureo P. I.

1580 Norimbergae in 8. vna cum *Ioh. Thomae Freigii Graeca Grammatica, Homeri Batrachomachia*, et *Aesopi Fabulis*.

1583 Parisiis in 12. Graece cum *Hieroclis* Commentario.

1585 ibid. in 8. cum notis *Theodori Marcilii*, vid. *Draudii* Biblioth. Class. p. 1520.

1590 Franeckeræ in 8. cum *Phocylide*, *Theognide*, interprete *Petreio Tiara*. vid. *Draudii* Biblioth. Class. p. 1574.

1596 Heidelbergae in 8. apud Commelinum cum *Theognidis, Phocylidis, Solonis* et aliorum Poëmat. Gnom. ex recensione *FridERICI Sylburgii* \*, quae editio deind e saepius repetita fuit, vt *Frankofurti* 1603. in 8. *Lugduni* 1612. in 12. ex Typogr. *Ioh. Mallet*. Traiecti ad *Rhenum* 1651. 1659. 1692. in 12. et nouissime ibidem 1746. in 12. vid. *Hamburgische Berichte* 1748. n. 77. et celeberrimi *Bidermanni* *Noua Acta Scholast.* Vol. I. p. 410.

1603

\* Virum hunc sine ostentatione atque alios exagitandi libidine doctissimum et praeclaris accuratisque veterum Scriptorum editionibus immortaliter meritum sustulit lues epidemica Heidelbergae d. 26. Febr. 1596. Vitam eius et scripta petes, vbi libebit, e *Melch. Adami* *Vitis Philosophorum*, *Antonii Theisserii* *elogiis Thuaneis* P. II; *Pauli Freberi* *Theatro et Clarmundi* *vitis clarorum virorum Germanice editis*, P. I.

INDEX EDITIONVM.

- 1603 Lipsiae in 8. in Fragmentis Pythagorae a *Ioachimo Zehnero* collectis et Graece et Latine editis.
- - ibidem in 8. cum Scholiis Graecis *Camerarii* et animaduersionibus *Wolfgangi Seberi*,<sup>4</sup> *Sulani*, Rectoris olim Schleusingensis celeb.
- 1606 Geneuae in fol. in Corpore Poëtarum per *Iacobum Lectium*.
- 1613 ibidem in 8. inter Gnomicos ibidem excusos.
- 1628 Parisiis in 8. cum *Hesiodo*, *Theocrito*, *Moscho*, *Musaco*, et Gnomiceis.
- 1640 Lugduni Batauorum in 4. typis *Iob. Maire*, cum Paraphrasi Arabica, Auctore *Iob. Elichmanno*, cum Praefatione *Claudii Salmasii*.
- 1652 Cantabrigiae in 8. cum Poëtis Graecis minoribus ex recensione *Radulphi Wintertoni*.
- 1654 Londini in 8. Graece et Latine cum *Hieroclis* commentario.
- 1657 Hildesiae in 8. cum Phocylide itemque orationibus tribus Isocratis et Plutarch. de Institutione Puerorum.
- 1661 Cantabrigiae in 8. cum aliis Gnomiceis Scriptoribus Graecis ex recensione *Radulphi Wintertoni*.
- - Hagenouae in 4. Graece et Latine, cum *Phocylide*,

## INDEX EDITIONVM.

*cylide*, recensente *Ioh. Setzero*, Lauchense. vid. *Wilischii*, Theologi celeberrimi nominis, Index Bibliothecae, quae in vsum illustris Gymnasii Fridericiani Altenburgi augetur, p. 149.

- - *Ulmæ* cum erudito commentario *Guilielmi Dietzii* Professoris apud Ulmenses olim celeberrimi.

1674 *Berolini* in 8. in *Ioh. Vorstii* Apospasmatiis selectis Poëtarum Graecorum.

1678 *Heidelbergæ* in 8. cum *Isocratis* orationibus, *Plutarch.* de Instit. Puer. et *Phocylidis* Carmine admonitorio.

1692 *Francofurti* in 8. in *Ioh. Vorstii* Veterum Poëtarum Graecorum Apospasmatibus selectis.

1693 *Altorfii* in 8. Graece et Latine cum Commentario Ethico a *Magno Daniele Omeisio*.

1709 *Cantabrigiae* in 8. Typis Academicis, cum *Hieroclis* Philosophi Alexandrini Commentario in aurea Carmina. Graeca cum MSS. collata castigavit, versionem recensuit, notas et indicem adiecit *Petr. Needham*, S. T. B. Colleg. d. Iohannis Cantabr. Socius. Haec Editio inter optimas merito refertur, et est hodie in Germania admodum rara. Recensionem huius nitidissimae elegantissimaeque editionis reperimus in *Actis Eruditorum* 1710. p. 348. seq.

1720

## INDEX EDITIONVM.

1720 Argentorati in 8. Graece et Latine, cum Analyfi Critica et Ethica, imitationibus item Graeco-Latinis. Opera et studio *M. Ioh. Christiani Knauthii*, Schol. Dresd. ad d. crucis Coll. III.

1733 Marburgi in 8. in veterum Poëtarum Graecorum Poëmatis, aut Poëmatum Apospasmatii selectis, cura *Ioh. Ioachim Schroederi*, Lingu. Sacr. et Orient. Profess. Marburg. Ordinarii.

Plures editiones in notitiam meam non venerunt.



ΠΥΘΑ-

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ  
ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ  
PYTHAGORAE  
AUREA CARMINA.



Πυθαγόρας

Χρυσᾶ ἔπη.



Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεῶς, νόμῳ ὡς δια-  
κενται. \*

Τίμα καὶ σέβας ὄρκον ἔπειθ' ἥρωας  
ἀγαυῆς.

Τῆς τε καταχθονίης σέβας δαίμονας, ἔννομα \*\*  
ῥέζων.

Τῆς τε γονεῖς τίμα, τῆς τ' ἀγχισ' ἐκγεγαῶτας.

Ἵ Τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιεῦ φίλον, ὅσις ἄριστος.

Πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἐργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.

Μηδ' ἐχθαίρει φίλον σὸν ἀμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς,

Ὅφρα δύνῃ δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.

Ταῦτα

\* In nonnullis editionibus legimus διακενται, impersonaliter nempe pro dispositum est.

\*\* Ioachimus Camerarius ἔντομα ῥέζων suspicatur legen-



P Y T H A G O R A E  
A V R E A C A R M I N A .



Immortales primum Deos, vt lege dispositi  
sunt,

Cole; et venerare iusiurandum; dein-  
de heroas inclutos;

Terrestres etiam cole Daemonas, legitima (sc. eis  
sacrificia) faciens.

Et parentes honora, et eos, qui proxime cognati  
sunt.

Ex aliis vero pro ratione virtutis amicum facias,  $\zeta$   
quisquis sit optimus.

Lenibus obtemperes verbis, et vtilibus factis confor-  
mem te geras.

Neque oderis amicum tuum delicti causa parui,  
Quantum possibile: potestas enim prope necessita-  
tem habitat.

A 2

Haec

dum esse; quae autem lectio auctoritate *Hieroclis*, qui  
*ἔννομα* legit, facile refellitur. Plura de hac variante  
lectione afferemus in annotationibus ad hunc locum.

Ταῦτα μὲν ἔτως ἴθι· κρατεῖν δ' εἰθίζεο † τῶνδε·

10 Γαστρός μὲν πρώτισα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,

Καὶ θυμῶ. Πρήξεις †† δ' αἰχρὸν ποτε μήτε μετ'  
ἄλλῃ,

Μήτ' ἰδίῃ ††† πάντων δὲ μάλις' αἰχύνεο σαυ-  
τόν.

Εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν \* ἔργῳ τε, λόγῳ τε.

Μηδ' ἀλογίως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε·

15 Ἀλλὰ γινώθι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασι·

Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κλᾶσθαι φιλεῖ, \*\* ἄλλοτ'  
ὀλέσθαι.

Ὅσσα τε \*\*\* δαιμονίησι τύχαις βροτοὶ ἀλγε' ἔχουσιν,

ἽΩν \*\*\*\* ἂν μοῖραν ἔχῃς, \*\*\*\*\* πρῶτως φέρε μηδ'  
ἀγανάκτει.

Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνη· ὧδε δὲ φράζεο·

20 Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τέτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.

Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοὶ τε καὶ ἐθλοὶ

Προσ-

† Sic in quibusdam codicibus, magis poetice, legi, obseruavit *Fridericus Sylburgius*, confirmante ipso *Hierocle* et consentientibus tribus Codicibus manu exaratis Oxon. In aliis editionibus, vt Venetis, legitur δὲ εἰθίζεο.

†† Quidam libri habent πρήξις in conii.

††† *Stobaeus* μήτ' αὐτός.

\* *Stobaeus* Sermone I. citat hunc locum, et legit non ἀσκεῖν, sed ἄσκει, de qua lectione plura in annotationibus inonebimus.



Haec quidem sic teneas: sed dominus esse assuesce  
istorum

Ventris quidem primum et somni, deinde libidinis, 10  
Et irae. Committe vero turpe (quid) nunquam  
neque cum alio

Neque priuatim: sed maxime omnium verere te-  
ipsum.

Deinde iustiam exerce factis atque verbis.

Nec sine ratione teipsum gerere circa aliquid as-  
suesce:

Sed noris, quod mori decretum sit omnibus: 15

Diuitias autem aliquando quidem possideri solere,  
aliquando perire.

Quasque diuina sorte homines calamitates habent,  
Earum quamcunque portionem habes, leniter fer,  
nec indignare.

Sanare vero decet, quantum possis: et tecum re-  
puta:

Non valde multum fors de istis dat bonis. 20

Multi vero inter homines sermones tam mali quam  
boni

A 3

Inci.

\*\* In Versione Arabica et Edit. Venet. φίλει, modo im-  
peratiuo, quam lectionem *Theodoro Marcilio* placuisse  
videmus et confirmare videtur Hierocles p. 74. *Edit.*  
*Needhami*. Sed reliquae editiones et Codices, vt in  
textu.

\*\*\* Codices in Bibliotheca Bodleiana et *Plutarchus* in  
Consol. ad Apollonium habent ὅσσα δέ.

\*\*\*\* ὡς in MS. Regis Galliae.

\*\*\*\*\* Apud *Plutarchum* in Conf. ad Apollonium ἔχθρῆς,  
quod minus placet; apud *Stobaeum* autem ἔλθῆς, quod  
probabile est.

Προσπίπῃσ', ὧν \* μῆτ' ἐκπλήσσειο, μῆτ' ἄρ'  
ἐάσης \*\*

Εἶργεσθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἦν πέρ τι λέγηται,

Πράως εἶχ'. \*\*\* Ὅ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ \*\*\*\*  
τελείωθω

25 Μηδεὶς μῆτε λόγῳ σε παρείπη, μῆτε τι ἔργῳ

Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν  
ἔστι.

Βελεύει δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται

(Δειλῶ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς αν-  
δρός).

Ἄλλὰ τάδ' ἐκλελέειν, ἅ σε μὴ μετέπειτ' ἀνιήσει.

30 Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ πίσασαι, ἀλλὰ διδά-  
σκειν

Ὅσσα χρεῶν· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.

Οὐδ' ὑγιείης τῶν περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρεῖ-

Ἄλλὰ ποτῶ τε μέτρον, καὶ σίτεσ γυμνασίων τε

Ποιεῖσθαι μέτρον δὲ λέγω τόδ' ὅ μὴ σ' ἀνιήσει.

35 Εἰθίξαι δὲ διαίταν ἔχειν καθάρειον, ἀθρυπίλον.

Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα \* ποιεῖν, ὅποσα φθόνον  
ἵχει.

Μὴ

\* *Theodoro Marcilio* legendum videtur, non ut est in vulgatis editionibus ὧν, sed potius Ionice ὧν pro ἔν. Sententia enim est, multi sermones hominibus ad aures accidunt, boni ac mali. Quocirca delectum adhibendum esse, et cauendum, ne aut miremur eos temere atque inconsiderate, aut respuamus.

Incidunt, quibus neque percellaris, neque etiam  
finas

Affligi teipsum (iisdem): mendacium autem si  
quod dicatur,

Leniter fer. Quod vero tibi nunc dicam, in omni-  
bus obseruetur.

Nemo neque verbis tibi persuadeat, neque factis 25

Vt quicquam facias, aut dicas, quod tibi non sit  
commodum.

Delibera vero ante opus, ne stulta sint, quae agis:  
(Stolidi utique viri (est) et facere et dicere inconfi-  
derata.)

Verum ea tantum age, quae tibi postea non sunt  
molesta.

Fac nihil eorum, quae nescis, sed disce 30

Quaecunque officium postulat: et iucundissimam  
vitam hoc pacto transiges.

Neque sanitatem, quae corpori debetur, negligere  
oportet:

Sed in potu modus, nec non in cibo et exercitiis  
Adhibendus. modum vero voco id, quod dolorem  
tibi non pariet.

Assuesce diaetam seruare mundam minusque deli- 35  
catam.

Et fuge ea facere, quaecunque inuidiae sunt ob-  
noxia.

A 4

Nec

\*\* In nonnullis editionibus legimus *ἐάσσης* pro *ἐάσης*  
per Epenthesein.

\*\*\* *Πράως ἔχ'* habent alii.

\*\*\*\* Pro *ἐπὶ παντὶ* legunt alii *ἐπὶ πᾶσι*, in omnibus.

\* Legimus *τοιαῦτα* in MSS. Gallicis et A. C. D. Oxon.

Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὅποια καλῶν ἀδαήμων.  
 Μηδ' ἀνελεύθερος ἴδι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον.  
 Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἃ σε μὴ βλάβῃ· λόγισαί δὲ πρὸ  
 ἔργα \*\*

40 Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,  
 Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκασον \*\*\*  
 Πῆ † παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον ἐκ ἐτε-  
 λέσθαι;

Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξειδι· καὶ μετέπειτα  
 Δεινὰ †† μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσει· χρηστὰ δὲ,  
 τέρπει †††

45 Ταῦτα πόνει· ταῦτ' ἐκμελέται· τέτων χρῆ ἔραῖν σε·  
 Ταῦτα

vt in *Hieroclis* Comment. p. 148. Edit. Needhammi,  
 sed recepta lectio placet.

\*\* Inter 39 & 40 Vers. in *MS. Codice Augustano* legun-  
 tur sequentes duo versiculi, qui in vulgatis editioni-  
 bus et *Hieroclis* Commentario desiderantur, sed ex-  
 tant apud *Porphyrium* de vita Pythagorae p. 27. Edit.  
*Romanae*:

Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστάς  
 Εὐ μάλα ποιπνύειν ὅσ' ἐν ηματι ἔργα τελέσσεις.

\*\*\* In vulgatis Codicibus legimus hunc versum ita:

Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρεῖς ἕκασον ἐπελθεῖν.

Sed sequimur nos *Petrum Needhammi*, qui lectionem  
 λογίσασθαι ἕκασον, pro vulgata τρεῖς ἕκασον ἐπελθεῖν, sub-  
 stituendam censuit, quod bis habetur in *Hieroclis* Com-  
 mentario, in quo nulla trinae repetitionis occurrit  
 mentio; nec in *Ciceronis* libro de *Senectute*, vbi lau-  
 datur hoc praeceptum; et quod *Arianus* in *Epiet.* L. 3.

Nec sumtus facias importune, veluti honesti in-  
scius:

Neque sis sordidus: modus enim in omnibus est  
optimus.

Fac ea, quae tibi non noceant, et delibera ante opus.

Nec molles oculi somnum prius admittant, 40

Priusquam diurnorum operum singula animo repu-  
taueris:

Qua transgressus sum? quid feci? quid omisi, quod  
fieri debuit?

Incipiens a primo percense: et postea

Iniqua operatus, coargue teipsum; bona vero, lae-  
tare.

In his tibi elaborandum est: haec meditare; haec 45  
oportet te amare:

A 5

Per

c. 20. eandem praeferat, nisi quod pro ἑκαστον legerit  
ἑκαστα. Vulgata autem lectio, quam *Porphyrus* exhi-  
bet in vita Pythag. p. 26. Edit. Rom. orta videtur ex  
tribus membris sequentis versus, πῆ παρέβην; τί δ' ἔρε-  
ξα; τί μοι δεόν ἐκ ἐτελέσθη; magis, quam ex ipsa rei  
natura, cum vna recensio serio facta sit satis. Hanc  
sententiam calculo suo adprobat *Daceryus* p. 354. No-  
tarum in Hieroclem, et firmat versio Arabica.

† *Suidas* ποῖ παρέβην, i. e. ubi, quo.

†† In vulgatis legimus δειλά.

††† Habent alii τέρερα, sed nostra lectio magis poetica est.

Praeterea hic obseruandum venit, quod inter hunc  
et sequentem versum medius occurrat in Codice MS.

A. C. D. Oxon. ταῖς ἀνταῖς ἀρεταῖς ποίεω φίλον, ὃν κ'  
ἐτέλεσθα. Haec monuit *Dauides Hoeschelius*, qui no-  
uam *aureorum Carminum* Editionem meditatus non  
perfecit, vt notauit celeberrimus *Fabricius* Biblioth.  
Graec. T. I. p. 461.

Ταῦτά σε τῆς θεΐης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει.  
 Ναὶ μὰ \* τὸν ἀματέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρα-  
 κλῦν,

Παγὰν ἀεναῖον φύσεως. Ἄλλ' ἔρχεαι ἐπ' ἔργον  
 Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. Τέτων δὲ κρατήσας  
 55 Γνώσεαι \*\* ἀθανάτων τε Θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώ-  
 πων

Σύσασιν, ἥτε ἕκαστα διέρχεται, ἥτε κρατεῖται.  
 Γνώση δ' ἢ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην.  
 Ὡσε' σε μήτε ἀελπί' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.  
 Γνώση \* δ' ἀνθρώπου ἀυθαίρετα πῆματ' ἔχον-  
 τας \*\*

60 Τλήμονας, οἱ τ' ἀγαθῶν πέλας ὄντων ἔτ' ἐσορῶ-  
 σιν,

Οὔτε κλύεσι λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.  
 Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὡς δὲ κύλιν-  
 δροι \*\*\*

Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται ἀπείρονα πῆματ'  
 ἔχοντες.

Λυγρή

\* Profert hunc locum *Plutarchus* de Philosophorum decretis L. I. c. 3. *Macrobius* in Somnium Scipionis L. I. c. 6. et *Porphyrius* de vita Pythag. p. 14. Edit. Rom. sed paulo aliter, nimirum ἢ μὰ τὸν etc. negandi formula. Et *Sextus Empiricus* adu. Mathematicos p. 154. hos versus ita scriptos reliquit:

Οὐ μὰ τὸν ἀματέρᾳ κεφαλᾷ παραδόντα τετρακλῦν,  
 Πηγὴν ἀεναῖον φύσεως ῥίζωμὰ τ' ἔχουσαν.

Et similiter p. 104. adu. Mathematicos, nisi quod legat, ut hic, ἀμετερά ψυχᾷ. *Iamblichus* autem de vita Pythag. p. 146. et Codex perantiquus manu exaratus in Bibliotheca Vaticana exhibent ἀμετέρᾳ γενεᾷ.

Haec te in diuinae virtutis via fistent.

Per eum certe qui nobis tradidit quaternarium,

Fontem perennis naturae. Veni ad opus

Deos precatus, vt perficiant. Si vero ista teneas,

Cognosces et immortalium Deorum et mortalium 55  
hominum

Constitutionem, quatenus singula differunt, et qua-  
tenus conueniunt.

Noueris etiam, quatenus fas est, naturam in vniuerso  
similem;

Vt neque non speranda speres, neque te quicquam  
fugiat.

Cognosces quoque homines spontanea mala habentes

Miseros, qui bona, cum prope sint, nec vident, 60

Nec audiunt: Liberationem a malis pauci norunt.

Tale fatum mortalium laedit mentes: illi vero cy-  
lindrorum instar

Modo huc, modo illuc feruntur, infinita mala ha-  
bentes.

Tristis

\*\* In aliis legitur γνώση, quae lectio a nostra non differt,  
nisi quod nostra Ionice est.

\* Profert hunc versum *Chrysippus* apud *Gellium* Noct.  
Attic. L. VI. c. 2. p. 366. Edit. *Oisellii*, et habent quae-  
dam editiones γνώσει.

\*\* Quaedam exemplaria *Gellii* habent l. c. ἐλόοντας, quam  
autem lectionem *Theodorus Marcilius* ineptam dicit.

\*\*\* ὡς δὲ κύλινδροι) Reposuit *Petrus Needham* ex mar-  
gine MSS. Gallic. succinentibus Codicibus manu exa-  
ratis A. D. Oxon. et multum clamante sensu: cum  
carminis auctor impios cylindris, qui huc illuc volui  
possunt, conferat, interprete *Hierocle* p. 196. Edit. *Need-*  
*hami*. In vulgatis legimus οἱ δὲ κύλινδροις.

Λυγρή γάρ συνοπαδὸς ἔρις βλάπτισσα λέληθε  
 60 Σύμφυτος· ἦν δὲ δεῖ προσάγειν, εἰκόντα δὲ φεύ-  
 γειν.

Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε \* κακῶν λύσειας ἅπαν-  
 τας,

Εἰ πᾶσιν δείξαις, οἶω τῶ δαίμονι χρῶνται.

Ἄλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐσὶ βρο-  
 τοῖσιν,

Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δείκνυσιν ἕκαστα.

65 Ὡν εἴ σοί τι μέτεσι, κρατήσεις, ὧν σε κελεύω,

Ἐξακέσας ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώσεις.

Ἄλλ' εἶργε βρωτῶν, ὧν εἶπομεν, ἐν τε καθαρ-  
 μοῖς,

Ἐν τε λύσει ψυχῆς κρίνων \*\* καὶ φράζου ἕκαστα

Ἠνίοχον γνώμην σήσας καθύπερθεν ἀρίστην.

70 Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλ-  
 θης,

Ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἀμβροτος, ἐκ ἔτι θνη-  
 τός.

Τῆ

\* In vulgatis plerisque legitur ita:

- - ἢ πολλῶν τε κακῶν λύσειας ἅπαντας

Ἦ πᾶσιν δείξαις etc.

Sed nostram lectionem merito tuentur Hierocles, Theo-  
 dorus Marcilius, Salmasius, Thomas Stanleius et Petrus  
 Needham. Obiter etiam in hoc versu notandum est, in  
 omnibus Codicibus manu exaratis Oxoniensibus pro  
 λύσειας haberi παύσειας, eodem plane dictionis modo,



Tristis enim comes lis laedit latenter  
 Congenita: quam non oportet prouocare, sed ce- 60  
 dendo fugere.

O Iupiter Pater, multis certe malis homines libe-  
 rares,

Si omnibus indicares, quali fortuna vsuri sint.

Bono autem sis animo: cum diuina origo morta-  
 lium fit,

Quibus sacra natura singula pandens ostendit.

Quorum si fueris particeps, seruabis, quae te iu- 65  
 beo,

Remedioque adhibito animum aerumnis istis libe-  
 rabis.

Abstineas vero cibus iis, quos diximus, cum in pur-  
 gationibus,

Tum in solutione animi diiudicans; et considera  
 singula,

Ratione, auriga optimo, summo in loco consti-  
 tuta.

Quod si vero, relicto corpore, ad aethera liberum 70  
 veneris,

Eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec amplius  
 morti obnoxius.

Eiusdem

quo vsus est *Euripides* - - κακῶν πεπαιυμένον, apud  
*Sextum Empiricum* Pyrrhon. Hypotyp. p. 157.


\*\* In editione Venet. scribitur κερῖνον, quod alicui videri  
 potest, hoc modo punctis distinguendum esse hunc  
 versum,

"Εν τε λύσει ψυχῆς κερῖνον καὶ φράζειν ἕκαστα,  
 sed cum *MSS. Aurispa*, et *Hierocles* p. 212. nostram le-  
 ctionem agnoscant, nihil mutandum duximus.



Τῷ αὐτῷ λείψανα.

Φείδω τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσης



Εἰ τις ἔρεῖ, Θεὸς εἰμι, παρὲξ ἑνὸς, ἕτος ὀφείλει  
 Κόσμον ἴσον τέτῳ σήσας εἰπεῖν· ἐμὸς ἕτος,  
 Κἔχι μόνον, σήσας, εἰπεῖν, ἐμὸς, ἀλλὰ κατοικεῖν  
 Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε, πεποίηται δ' ἀπὸ τέτῃ.



Αἰσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεθε βεβήλοις.




Δαλεύειν πάθειν, χαλεπώτερον, ἢ τυράννοις.





## Eiusdem Fragmenta

Parce vitae (tuae) ne ipsam curis conficias.




Si quis dicet, Deus sum, praeter vnum, is debet  
Mundum huic parem condere et dicere: meus hic  
est,

Nec modo condere et dicere, meus est, sed habitare  
Ipse in eo, quem fecit, at hic factus est ab hoc.



Canam sanis, portas autem claudite profanis.



Servire affectibus, difficilius quam tyrannis.



VITA



## VITA PYTHAGORAE.

**N**ullus fere vnquam extitit Philosophus, qui ab omni aetate tantam ingenii, doctrinae, sapientiae laudem retulerit, atque vnus Pythagoras \*. Quare operae pretium facturum putauim, si de vita eius expo-

- \* Ex veteribus de rebus ad Pythagoram pertinentibus conferendi sunt: *Diogenes Laertius* L. VIII. p. 567. seq. Editionis *Henrici Stephani*, *Iamblichus* de vita Pythagorae, *Malchus* siue *Porphyrus* de vita Pythagorae, nec non Anonymus apud *Photium* Cod. CCLIX. de vita Pythagorae, qui tres auctores *Iamblichus* quidem cum *Ludolfi Küsteri*; *Porphyrus* autem cum *Lucae Holsteinii* et *Conradi Rittersbusii* notis iunctim excusi sunt Amstelodami MDCCVII. 4. Afferunt quoque ad eandem rem nonnulla *Suidas* in Pythagoras T. III. p. 231, *Iustinus* L. XX. c. 4, *Apuleius* Florid. L. I. p. m. 256, *Pseudo-Origines* Philosophum c. 2. p. 25. seq. aliique. Ex recentioribus legendi sunt *Andreas Dacertius*, qui vitam nostri Philosophi sub titulo: *La vie de Pythagore, ses symboles, ses vers dorez & la vie d'Hierocles & ses Commentaires sur les vers de Pythagore*, Lutetiae Parisiorum 12. edidit, de qua autem monerimus, illam cautum lectorem admirationis et antiquitatis praeiudicio non impeditum requirere. Conferatur *Clericus* Biblioth. Choise T. X. p. 182. seq. Praeter *Dacertium* consuli merentur *Thomas Stanleius* Histor. Philosoph. P. VIII. p. 658. Edit. Godofr. Olearii, *Petrus Baelius* in Diction. Histor. et Crit. T. III. artic. Pythagoras p. 741. seq. *D. Iacobus Bruckerus* Histor. Crit. Philosoph. T. I. p. 994. seq. Plures qui scire cupit, consulat *Christophorum Augustum Heumannum* in Actis Philosophorum Vol. I. p. 370, Vol. II. p. 487.

exponam. Ortum suum ducit ex insula Samo \*,  
 patre genitus mercatore, cuius nomen incertum est,  
 quamuis plurimi eum *Mnesarchum* nominent, secu-  
 lo ante Christum natum septimo \*\*. Praeceptoribus  
 usus est *Pherecyde*, Phoenicio, *Hermodamente*,  
 qui *Creophilus* cognominatus fuit, *Thalete*, *Anaxi-*  
*man-*

\* Haec est sententia plerorumque. Alii aliam Pythago-  
 rae patriam tribuerunt; vid. *Menagius* ad *Laertium*,  
 quod viris magni nominis fieri consuevit. Quidam  
 enim *Tyrrhenum* dixerunt, ex vna insularum, quas,  
 eiectis *Tyrrhenis*, *Athenienses* possiderunt; alii teste  
*Lycō* apud *Porphyrium*, *Phliasium* dicunt; alii *Meta-*  
*pontinum*; alii *Syrium*, *Tyro* *Phoeniciae* vrbe oriun-  
 dum, etc. Hinc *Iosephus* *Libr. II.* contra *Apionem*  
*Pythagorae* aequae ac *Homeri* patriam difficulter indi-  
 cari posse arbitratur. Confer *Baelium* in *Diſtion. Hiſt.*  
*et Crit. T. III.* p. 2446.

\*\* De aetate, qua *Pythagoras* vixit, dissentiunt viri docti.  
 Inprimis eam definire tria virorum inter *Britannos*  
 celeberrimorum, et artis criticae accuratissime  
 laudem consecutorum, omnem adhibuit diligentiam.  
 Primus ex illis est celeberrimus *Richardus Bentleius* in  
*diſſ. de Epistolis Phalaridis*, Londini 1699. 8. Secun-  
 dus reuerendissimus *Guilielmus Lloylius* in peculiari  
*diſſ. de Chronologia Pythagorae* Lond. 1699. 8. Ter-  
 tius eruditissimus *Henricus Dodwellus* duabus exerci-  
 tationibus de aetate *Phalaridis* et *Pythagorae*, quae ex-  
 ercitationes Londini 1704. 8. prodierunt. *Thomas*  
*Stanleius* eum anno tertio *Olymp. LIII.* natum arbi-  
 tratur. Eum circa *Olymp. LX.* floruisse, praecunte  
*Diogene Laertio*, docet *Dionysius Petavius* in *Ratio-*  
*nario temporum P. I. L. III. c. 3. p. 84.* Hoc ergo  
 certum, aetatem *Pythagorae* in saeculum ante natum  
 Christum septimum incidere.

*mandro, Biante, Epimenide* et pluribus aliis pro temporis locorumque ratione; cumque artes discendi ardenti flagraret desiderio, ad mercaturam bonarum artium, et ad excolendum ornandumque suum ingenium *Thaletis* suasu et consilio ad Aegyptios, apud quos tum temporis summa domicilium habuit sapientia, iter suscepit, aliosque, qui tum orientis regiones incolebant, Philosophos, adiit; imo ut quibusdam videtur, ab Ebraeis\* quoque et inprimis ab *Ezechiele* vate, plurima accepisse dicitur. Ex Aegypto

\* Hanc opinionem fouent *Iob. Seldenus* de iure naturae et gentium iuxta disciplinam Ebraeorum L. I. c. 2. p. 13. seq. *Iob. Schefferus* de natura et constitutione Philosophiae Italicae c. 4 et 5. p. 14. Edit. Vpsal. aliique. Vtterius progreditur *Petrus Daniel Huetius*, et eum *Daniëlem* pariter ac *Ezechielem* prophetas audiuisse perhibet *Demonstrat. Euangel. Prop. IV.* p. m. 79. 397 et 4 4. Extiterunt omnino, qui ex *Pythagora* Iudaeum facerent, quemadmodum ex Pontificiis Sch. a S. Paulo eum in monachorum posuit ordine quorum stultitiam refellerunt *Iob. Fried. Meyerus* in diss. vtrum Pythagoras Iudaeus fuerit, an monachus Carmelita? quam dissertationem Hamburgi 1700. iuris publici fecit, et *Henr. Ascan. Engelken* in diss. an Pythagoras profelytus factus, et consequenter saluatus sit. Haec vero omnia sine testis sufficientis fide et probabilitate dicta esse, demonstravit *Iob. Franc. Buddeus* in *Histor. Eccles. Vet. Testam.* T. II. Per. II. Sect. VI. ad §. XIII. p. 1077. Legi etiam meretur *Iacobi Lenfant* diss. de quaestione: an Pythagoras atque Plato notitiam librorum Mosis et Prophetarum habuerint? dans la *Bibliothèque Germanique* T. II. art. V. p. 142. seq. nec non *Abbatis Fagditi* Lettre sur la monachisme et Carmelisme pretendu de Pythagoras, dans *Rep. des lettres* 1703. p. 472. seq.

pto in orientem peruenisse Pythagoram magosque Babyloniorum adiisse, imo ad Indos vsque penetrasse, magno consensu multi veterum, qui post natum Christum scripserunt, tum gentiles, quam ecclesiastici scriptores tradunt \*. Occasionem, qua Pythagoras ad Babylonios peruenit, ita narrat *Iamblichus* \*\*: postquam viginti duos in Aegypto absumerat, a Cambyfis milite, Aegyptum inuadente inter Captiuos Babylonem adductum esse, ibique cum Persarum magis lubentibus lubentem, ipsum versatum, illorum studia religionemque perfecte imbibisse, et numerorum musicaeque artis et aliarum disciplinarum fastigium assecutum, annos duodecim in his orientis oris commoratum esse, tumque demum Samum rediisse annos iam circiter sexaginta natum. De ista vero captiuitate valde dubitatur, siquidem calculandi ratio conuenire cum ea non videtur \*\*\*. Multo verisimilior eorum opinio est, qui nunquam peruenisse ad orientales Pythagoram putant, sed ex Aegypto Samum rediisse, et ex Samo in Italiam delatum statuunt, contrariam sententiam pro ostentatione Pythagoreorum, omnium terrarum eruditionem Praeceptorum vindicantium habentes. Meræ etiam nugæ sunt, qui Indos quoque adiisse, et ab iis doctrinam suam accepisse Pythagoram asserunt, quod magno verborum apparatu praeter alios fecit *Philo-*

B 2

*stratus*

\* Copiosius super hoc itinere differit celeberrimus *Bruckerus* *Histor. Critic. Philos. T. I. p. 1003. seq.* ad quem breuitati consulentes lectorem remittimus.

\*\* c. 4. n. 19. p. 15.

\*\*\* vid. *Bruckerus* l. c. p. 1007.

*stratus* †, cuius friuolae rationes a celeberrimo *Bruckero* †† refutatae sunt.

Ex Babylonia itaque, si *Iamblichio* credimus, vel si probabiliore sequimur ratione, ex Aegypto in patriam redux, cum multis annis abfuisset, vix a senioribus quibusdam agnitus est, non minori, quam antea, in admiratione habitus, quod maiora pulchritudinis sapientiae et diuinitatis argumenta domum reportasse videretur, ut haec nobis narrat *Iamblichius* \*. Quoniam autem tantam sapientiam Samus non capiebat, aliter populi animos sibi deuinciendos et in suas partes pertrahendos esse ratus iter in Graecas suscepit insulas; Primum Delum abiit ibique sacerdotibus se adiunxit. Delo postea discedens, ad omnia loca, in quibus oracula erant, se contulit ibique complura moralium dogmata accepit. Postea Spartam et in Cretam nauigauit, quae insula propter Iouis mysteria tum temporis fuit celeberrima. Ita non aucta tantum eruditione mysteriis celebrioribus, quae didicerat, sed et auctoritate atque sapientiae fama in patriam redux, in ipsa vrbe scholam constituit, Pythagorae *Hemicyclium* postea dictum \*\*. Ex Samo haud multo post in Italiam soluit et Crotonem, quod est oppidum in inferiori parte Italiae, aperuit scholam magno hominum omnium ordinum et vtriusque sexus concursu frequentatam. Hinc *Philosophia eius Italica* \*\*\* dicta est. Nec vero Cro-  
tone

† in vita Apollonii L. VI. c. XI. p. 245.

†† Histor. Critic. Philosoph. T. I. p. 190. seq.

\* c. V. n. 20.

\*\* *Iamblichius* c. V. n. 26. *Porphyrus* n. 9.

\*\*\* Ita diserte *Diogenes Laertius* in Prooem. p. 9. Edition.



tone tantum substitit, sed Philosophiae quoque praesidio reliquis Italiae et Siciliae urbibus Graecis subveniendum ratus, quas in servitutes redactas novenerat, ad libertatem illis animum erexit, et in pristinum statum per suos auditores illarum ciues asservit, adeoque liberas fecit praeter Crotonem, Sybarim, Catanem, Rhegium, Himaeram, Agrigentum, Tauromenas et alias quasdam, magna ubique auctoritate usus, multisque conciliatis discipulis, cum quadraginta fere annis ibi moram fecisset. Fuerunt autem inter sectatores eius praecipui: *Archytas* Tarentinus, *Damon* et *Pythias* ob sanctissime observatam amicitiam nobiles, *Menaechmus* Proconesius, *Chrysippus* Cnidius, *Hippasus* Metapontinus, *Alcmaeo* et *Asto* Crotonienses, *Epicharmus* Siculus, *Leucippus* et alii plures, quorum mentionem omnium facere prohibemur verentes, ne lectoris abuti patientia videamur\*.

Familiam quoque aluit *Pythagoras*, ducta vxore, susceptisque ex ea liberis. Vxoris nomen erat *Theano* quam non tantum pulchram, sed et castam nobis

B 3

Vete-

*Henrici Stephani*, Italicam dictam Philosophiam ἀπὸ Πυθαγόρου, ὅτι τὰ πλεῖστα κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριψε.

- \* Hos omnes et alios longe plures recenset *Ioh. Albertus Fabricius* Biblioth. Graec. L. II. c. 13. p. 480. seq. Paucos, maxime illustres Pythagoraeos relatos legimus apud *Diogenem Laertium* L. VIII. p. 592. seq. Edit. *Henrici Stephani*. Longe plures autem apud *Iamblichium* de vita Pythagorae, c. 36. p. 213. qui et p. 218. clarissimas mulieres Pythagoraeas laudat. Confer. etiam *Menagius* Histor. mulier. Philos. n. 76. p. 499. seq.

Veteres describunt †. Libros quoque ei adscribunt de quibus conferendus *Menagius* ††. Ex hac vxore duos suscepit filios Pythagoras, *Telaugem* et *Mnesarchum*; nec non aliquot filias, *Saram*, *Myiam*, *Arignotem*, quibus alii addunt *Damonem* †††.

Haecenus parum certi vidimus, Pythagorae Historiam vitamque describentes. Sed certiora sunt, quae de docendi eius ratione legimus, in qua delineanda veteres non adeo discrepant. Vtebatur autem hac Methodo: ante omnia discipulos suos vera imbuebat virtute, priusquam eos ad secretiorem doctrinam admitteret. Inde explorare cuiusque ingenium, naturam studebat antea, quam suae disciplinae eos alumnos faceret \*. Deinde varia habuit exercitationum genera \*\*, quibus vitiis, quae maxime

† Patet id ex apophthegmatibus eius apud *Clementem Alexandr.* Strom. L. 4. p. 522.

†† Histor. mulier. Philosoph. n. 79. p. 500.

††† *Diog. Laert.* L. VIII. p. 594. Edit. *Henrici Stephani*, *Iamblich.* c. 28 n. 146. *Menagius* l. c. n. 90.

\* Conferendi super hac re *Iamblichus* de vita Pythagorae c. 17. n. 71. *Aulus Gellius* Noct. Attic. L. I. c. 9. p. 38. Edit. *Oisellii*. *Iob. Schilterus* in diatriba de disciplina Pythagorica ad *Gellii* locum citatum. *Iob. Schefferus* de nat. et Constitut. Philos. Ital. c. 2. p. 109. seq. *Iob. Franc. Buddeus* in diss. de cultura ingenii c. 2. §. 13. *Iacobus Bruckerus* Hist. Critic. Philos. T. I. P. II. L. II. c. 1. Sect. 1. p. 1025. seqq.

\*\* Legenda erudita *Iob. Franc. Buddei* Diss. de ἀσκήσει Philosophica, quam legimus in *Analectis* Hist. Philos. p. 109. seq. et diligenter excutiendum argumentum, quod propter similitudinem institutorum inter Christianos receptorum multam lucem historiae sacrae fo-

me homines vexant, obuiam iret. Voluptati enim dedito ciborum delectum et frugalitatem suavit; ambitionis amatori quinquennale imposuit silentium \*, et denique auaritia per bonorum communionem succurrit. Nec omnes omnium rerum arcanarum fecit participes, sed certos habuit discipulorum ordines \*\*. Ad capita autem doctrinae Pythagoricae quod attinet, summus *Aristoteles* peculiari libro de iis egit †: Dolendum vero temporis iniuria istum interisse. Praeter Stagiritum e veteribus *Didymus*, *Philolaus*, *Moderatus Gaditanus*, *Androcydes*, *Diogenes*, *Antiphanes*, *Alexis Tarentinus*, *Aristophanes Rhodius*, *Cronius*, *Numenius*, *Thrasyllus*,  
 B 4 Hip-

nerabitur. Pythagoreos enim ascetae imitati sunt, ut erudite probavit Summe venerabilis *D. Salomo Deylingius* Obseru. SS. T. III. p. 443. seq.

\* de Pythagorico illo silentio, quod quinquennale plerisque dicitur vid. fuse *Iob. Schefferus* de natura et Constitutione Philos. Ital. c. XII. p. 115. Quidam illud silentium de vetita tantum contradictione interpretati sunt. Vid. *Aelianus* Var. Histor. Libr. IV. n. 17. p. 116. Edit. *M. Christophori Kretzschmari*, *Aulus Gellius* Noct. Attic. Libr. I. c. 9. p. 38. seq. Edit. *Jacobi Oisellii*. Confer de eodem silentio *Petr. Baelium* in Dict. Histor. et Crit. T. II. p. 2441. nec non *Iob. Davidis Koeleri* Diss. de Paedantismo didactico Pythagorae, ratione silentii, habitam Altdorfii 1714.

\*\* De his ordinibus legendi *Iob. Schefferus* de natura et constitut. Philos. Italic. c. XI. p. 97. seq. et *Carl Andreas Belius* Prof. Philos. in Acad. Lips. celeberrimus in Diss. de delectu ingeniorum, habita Lipsiae 1742.

† Conferatur *Ionsius* in Scriptor. Histor. Philos. L. I. c. XI. p. 54.

*Hipparchus*, *Zeno* aliique, ad quos prouocant *Diogenes Laertius*, *Porphyrius*, *Iamblichus*, *Stobaeus*, in Pythagorae indagandis dogmatibus occupati fuerunt \*. Sed perierunt iam diu eorum monumenta. Inter recentiores, qui doctrinam Pythagoricam explicare connisi sunt, eminent *Michael Mourgues* \*\*, *Gottlieb Stollus* †, *Iacobus Bruckerus* ††. Plures celeberrimus *Heumannus* recenset †††. Iam ad mortem Pythagorae accedimus: ut autem incerta est eius origo: ita etiam incertus eius exitus. Ratio est, quia Veteres, ad quorum fidem tamen recurrendum est, satis negligentes in rationibus temporum annotandis fuerunt \*. Alii eum anno octogesimo, alii nonagesimo, alii centesimo obiisse scribunt. Nec magis certa sunt, quae mortis genere et causa passim apud veteres narrantur. Alii eum sua sponte fame periisse credunt \*\*; alii eum, quum Agrigentinis in

auxi-

\* *Ionsius* l. c.

\*\* Libro, qui inscribitur: *Plain Theologique du Pythagorisme*, cuius recensioem dedit *Clericus* *Biblioth. Choise* T. XXVII. p. 424. seq.

† *Histor. doctrinae moralis gentil.* p. 204. seq.

†† *Histor. Critic. Philos.* T. I. P. II. L. II. Sect. I. p. 1044. seq.

††† *Actis Philosoph.* Vol. I. p. 373.

\* de anno Pythagorae e mortuali obitusque ratione conferri potest *Petr. Baelius* in *diction. Hist. et Crit.* T. III. p. 2447. *Stephanus le Moyne* in *Observat. ad varia Sacra* p. 395. seq. et *Iob. Alb. Fabricius* *Biblioth. Graec.* Vol. I. c. 2. p. 449. qui media via inter sententiarum *Richardi Bentleii* et *Henrici Dodwelli* extrema incedendum esse arbitratur.

\*\* Hanc opinionem fouet *Heraclides* apud *Diogenem Laertium* L. VIII. p. 592. Edit. *Henr. Stephani*.

auxilium cum discipulis suis venisset, esse a Syracusanis fugatum et occisum affirmant \*. Alii aliud de illius morte referunt. Post mortem \*\* insigni, quid quod? diuino cultus est honore. Crotoniatae domum eius in aedem Cereris conuerterunt \*\*\*, et per nomen eius iurauere Sectatores \*\*\*\*. Statua quoque, Deorum monitu ipsi posita est a Romanis †. Tandem restat, vt examen adhuc instituiamus, vtrum *Pythagoras* aliquid scripserit, nec ne? Nullum ingenii monumentum a Pythagora relictum fuisse, quod pro germano eius foetu ab omnibus haberetur testes sunt *Iosephus* ††, *Plutarchus* †††, *Lucianus* \*, *Porphyrus* \*\*, *Aristides* \*\*\*, *Rufinus* \*\*\*\*, *Hieronymus*,

B 5

\* Ex quorum classe sunt *Hermippus* apud *Diogenem Laertium* l. c. nec non *Henricus Dodwellus* de aetate Pythagorae p. 124. At enim vero omni prorsus caret verisimilitudine, virum nonagenarium, qui per totam vitam non marti, sed musis litauerat, relicta schola, in bellum profectum proelio interfuisse.

\*\* Epitaphia quaedam exhibet *Diogenes Laertius* Libr. VIII. p. 595. Edit. *Henr. Stephani*.

\*\*\* *Laertius* l. c. *Iustinus* Libr. XX. c. 4. *Porphyr.* n. 4. *Bruckeri* Otium Vindel. p. 270. seq.

\*\*\*\* Confer. *Porphyrus* n. 20. *Hierocles* Commentar. in aurea carmina p. 225. 230. *Bruckerus* in Otio Vindel. p. 271.

† *Plutarchus* in *Numa* T. IV. *Plinius* *Histor. Natur.* Libr. XXXIV. c. 6.

†† contra *Apionem* T. I. p. m. 1046.

††† de *Fortuna Alexandri* T. II. Oper.

\* de *Lapsu in salutatione* T. III. p. m. 198.

\*\* de *vita Pythagorae* n. 57.

\*\*\* *Orat. II. pro Rhet.* T. III. p. 495.

\*\*\*\* contra *Hieronimum*.

mus, Augustinus \* et Claudianus Mamertus \*\*, quorum testimonia expressit celeberrimus Iohannes Albertus Fabricius \*\*\*. Contra vero sentit e veteribus Diogenes Laertius \*\*\*\*, ita ut etiam nugari existimet eos, qui nihil scripto consignatum a Pythagora fuisse censent. Omnia scripta Pythagorae tributa, enumerat celeberrimus Fabricius †, inter quae nullum est celebrius aureis carminibus. Aliqui ad unum quendam ex Pythagoricis referunt haec carmina, ad *Lysidem* scilicet Tarentinum, Epaminondae Thebani magistrum, testibus Cicerone, Cornelio Nepote, Diodoro Siculo et Pausania. Ita certe Menagius intelligit Laertii †† verba: τὸ δὲ Φερόμενον ὡς Πυθαγόρου, λυσιδὸς ἐστὶ τῶν ταραντίνων. Et hanc sententiam tuetur eruditissimus Gerhardus Vossius †††. Alii Philolao \* adscribunt, qui Pythagorae dogmata litteris mandavit, teste Eusebio contra Hieroclem. Thomas Stanleyus \*\* Epicharmi esse contendit, ex Iamblichii auctori-

\* L. I. de Consensu Euangel. c. 7.

\*\* Libr. II. c. 3. de Statu animae.

\*\*\* Biblioth. Graec. L. II. c. 12. Sect. 4.

\*\*\*\* Libr. VIII. p. 571. Edit. Henr. Stephani. Plures, cum veteres, tum recentiores, qui a partibus Laertii stant, nominatos inuenimus in celeberrimi Schelhornii Amoen. Litter. T. VII. §. 4. p. 193.

† Biblioth. Graec. Vol. I. p. 453.

†† Libr. VIII. p. 571. Edit. Henr. Steph. Sed maximum adhuc est dubium, utrum per illud scriptum, de quo Laertius loquitur, aureum carmen sit intelligendum.

††† Libello de Philosophorum sectis p. 33.

\* e. g. Lilius Gregor. Gyraldus in Praef. Symbolis Pythagoricis praemissa.

\*\* in doctissimo de vitis Philosophorum Comment. p. 512.

auctoritate, licet *Iamblichius*, notante *Fabricio*, potius  
 obseruat sententias Pythagoricas ab *Epicharmo* in  
 Comoediis hinc inde fuisse adspersas, non quod au-  
 ctor aureorum carminum fuerit *Epicharmus*. *Eus-  
 trathius* \* autem, qui sub initium seculi duodecimi  
 Archiepiscopus Nicaeae fuit, versiculum 42. πῆ  
 παρέβην; etc. ex *Phocylide* laudat: cuius auctoritate,  
 aurea carmina Phocylidae adscribenda esse censet  
 doctissimus *Iacobus Windetus* \*\*, *Barlouius* \*\*\*, Lin-  
 colniae in Anglia olim Episcopus *Philonem* Crotonia-  
 tem eorum auctorem pronunciat. Denique *Ioh.  
 Albertus Fabricius*, vir antiquis litteris instructissi-  
 mus, ad *Empedoclem* referenda censet †. Si auctor,  
 inquit, carminum e Pythagoricis quaerendus sit,  
 nullum quidem magis, quam *Empedoclem* Agrigen-  
 tinum nominauerim, cuius Καθαρμοῶν, forte nobilis  
 particula fuerunt. Equidem omnia illi mirifice  
 conuenire videntur, dialectus, dictio, argumentum,  
 tum clausula plane digna *Empedocle*, Ἔσσεαι ἀθά-  
 νατος etc. Neque adeo noua est haec sententia, vt  
 propterea incredibilis alicui videri possit, cum diserte  
 confirmetur ab auctore veteri Θεολογεμένων ἀριθ-  
 μητικῆς ††. Verum enim vero nos omnino statui-  
 mus,

\* in Commentar. ad Aristotelis Ethic. Nicomach. p. 1.

\*\* Libro de vita functorum statu p. 91.

\*\*\* in Posthumis Ἀυτοσχεδιάσμασι Theologicis p. 3.

† Biblioth. Graec. Vol. I. p. 461.

†† p. 20. Τοιαύτης δὲ ἔσης, ἐπώνυμον (ita, opinamur, le-  
 gendum, nam male expressum est ἐπώνυμον) δι' αὐτῆς  
 τὰ Πυθαγόρα οἱ ἄνδρες, Θαυμάζοντες δηλονότι καὶ ἀνευ-  
 φημῶντες ἐπὶ τῇ εὐρέσει, Καθάπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς.

Ὅυ μὰ τὸν ἀματέρα γενεῶν Παραδόντα τετρακτῶν,  
 Παγὰν ἀνάγκη φύσεως ἐξώματ' ἔχουσαν.

mus, *Pythagoram* esse auctorem, si inprimis *materiam* spectes. Hinc et *Proclus* \* *Pythagoram τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα*, hoc est aureorum carminum Patrem vocat. Et *Clemens Alexandrinus* \*\* quendam carminis huius versum proferens dicit: Praeceptum hoc esse *Pythagorae*. Licet enim ipse *Pythagoras* propria manu non exarauerit et composuerit haec carmina, materiam tamen discipulis suis frequenter inculcavit, adeo, ut postmodum carmen hocce, tanquam *Pythagorae* dictitata conscripserint et quis ex eorum numero in ligato sermone ediderit. Quemadmodum et hodie videmus in scholis tam priuatis quam publicis, quod discipuli diligentiores doctrinas praeceptorum suorum probe notare soleant, secundum tritum illud: *vox audita perit, littera scripta manet*. Interim nemini dicemus diem, quamcunque amplectatur sententiam. Satis habemus, euicisse, nostram quoque suis haud carere firmamentis.


\* Libr. III. in *Timaeum* Platon.

\*\* *Paedagog.* Libr. I, c. 10.



ANNO.





A N N O T A T I O N E S  
IN  
AVREA CARMINA.

Argumentum huius carminis hoc est. Primum de officiis agitur aduersus Deum, parentes, propinquos et amicos seruandis; deinde vero de moribus atque institutione vitae priuatae; cuius partis initium est versu nono,

Κρατεῖν δ' εἰδίξο τῶν δε.

Carmen autem hoc vniuersae Pythagoreorum Philosophiae quasi compendium esse intelligitur ex verbis d. Hieronymi, cum Epist. aduersus Rufinum inquit: *Aureis Pythagorae praeceptis omnia eius breuiter dogmata contineri.* Quod ipsum ex iis quoque planum fieri potest, quae vir doctissimus Hierocles in haec poemata copiose philosophatus est, exemplo, ni fallor, *Iamblichii*: de cuius commentariis in hunc librum commemorat d. Hieronymus l. c. Quanto autem Carmen hoc in pretio fuerit olim, ex eo intelligere licet, quod Galenus, vir artis medicae peritissimus libro de cognitione et curatione morborum animi, tanquam remedium ad morbos animi conuenientissimum, se consueuisse ait semel atque iterum carmen hoc perlegere quotidie primum, deinde vero etiam recitare. Ἐγὼ δὴ ποτε, inquit, καὶ ταύτας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις εἰδίξασα δις τὰς ἡμέρας ἀναγινώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ φόματος ὕπερον.

Χρυσῶ]

Χρυσᾶ ] Hanc vsitatam huius carminis inscriptionem fuisse, ex *Proclo* intelligimus, qui *Libr. III.* in *Timaeum Plat.* Pythagoram vocat τῶν χρυσῶν ἐπῶν πατέρα, id est, *aureorum carminum Patrem.* Parentis nomine, vt opinor, intelligens, non scriptorem huius carminis, sed sententiarum auctorem. Quo sensu etiam vir πολυμαθέστατος *Clemens Alexandrinus* *Paedagog. Libr. I. c. 10.* quendam huius carminis versum proferens, praeceptum id esse, inquit, *Pythagorae.* χρυσᾶ vero, id est, *aurea* dicuntur haec carmina, eaque iure meritoque, cum tot in iis inueniantur porismata, quot fere vocabula occurrant, cumque omni auro contra cari sint, et laude dignissimi. Nam res praeclarae dicuntur *aureae*: qua de re *Athenaeus, Hesychius, Seruius* in *I. Georg.* et *Hierocles* in hunc locum. Sic *Plato* in *Cratylo,* τὸ χρυσῆν γένος, id est, *aureum genus,* siue homines aetatis aureae exposuit, ἐκ ἐκ χρυσῆ πεφουκός, ἀλλ' ἀγαθὸν καὶ καλόν· hoc est, non ex auro fictum, sed bonum et honestum. Propterea ergo sententiae illustres, *aurea dicta,* vel praecise *aurea* nominantur. Sic enim *Lucretius Libr. III.*

*Omnia nos itidem depascimus aurea dicta.*

Et citatur *Libr. 5. de diuis. rerum Caius Iurisc.* libro secundo *Rerum cotidianarum siue aurearum.* Sic *Aureae fabulae* in scholis dicebantur inter pueros. Quo respiciens *Plinius L. II. Epist. 20. p. 72. Edit. Ioh. Matthiae Gesneri,* *Assem,* inquit, *para, et accipe auream fabulam.* *Trium* vero *aurearum fabularum* *assem* pretium fuisse ex eodem *Plinii* loco intelligere licet. *Sufficiunt,* inquit, *duae fabulae, an scholastica lege*

*lege tertiam poscis?* est vnde fiat etc. Hinc illa fabularum Milesiarum apud *Apuleium* inscriptio: *Asinus aureus*. Qua de re nihil interpretes.

Ἐπη] χρυσᾶ παραγγέλματα etiam, id est, *aurea praecepta* dicebantur, vt intelligimus ex d. *Hieronymi* Epistola adv. *Rufinum*. *Galenus* vero etiam παρανώσεις vocatas fuisse declarat Libro *de cognitione et curatione morborum animi*. ἔπη autem haec sunt, id est, *versus heroici*, more antiquorum, qui omnia versibus conscribebant. Primus *Pherecydes* Syrius, cui *Pythagoras* operam dedit, oratione soluta vsus dicitur. Qua de re *Plinius* Libr. VII. c. 56. *Strabo* Libr. I. *Suidas* in voce *Pherecydes*. Versibus autem solitum explicare omnia *Pythagoram*, ex *Diogene Laertio* in *Pythago* p. 571. Edit. *Henrici Stephani* planum est, apud quem *Heraclides*, *Sarapionis* filius tradit *Pythagoram* περὶ τῆς ὄλης, id est, *de naturae vniuersitate*, scripsisse versibus; et *sacri sermonis* a *Pythago* scripti primum versum profert *Laertius* l. c.

Τῆς Πυθαγόρας] de nomine *Pythagorae* *Aristippus* Cyrenaeus in libro de *physiologia*, ait, Πυθαγόραν αὐτὸν ὠνομαθῆναι, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν ἐχῆτλον τῆς Πυθίς, hoc est, *illum*, *Pythagoram* idcirco appellatum, quod *veritatem* perinde atque *Pythius* ipse loqueretur. Confer. *Diog. Laertius* in *Pythago* p. 580. seq. Edit. *H. Stephani*. Hinc illa *Pythagorae* auditorum vox αὐτὸς ἔφα, id est, *ipse dixit*, de qua *Cicero* Libr. I. de *natura Deorum* c. 5.

1. Πρῶτα μὲν] Sic etiam *Phocylides* v. 6.

Πρῶτα θεὸν τίμα etc.

Θεὸν

Θεὸν autem dixit *Phocylides*, non Θεὸς, quoniam a Sibyllis pleraque mutuatus est. Qua de re legendus *Suidas* in voce *Phocylides*. *Xenophon* Memorabil. Libr. IV. p. 190. Edit. *Ioh. Augusti Ernesti*. Παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις πρῶτον νομίζεται τὸς Θεὸς σέβειν hoc est, apud homines uniuersos hoc primum lege receptum est, Deos esse colendos.

Ἄθανάτῃς Θεός] Quos Deos aeuiter nos vocauit *Apuleius* Libro de Socratis. *Ennius* aeuī integros, aut potius vno verbo *Aeuintegros*. Qua de re legendus *Seruius* in Libr. IX. Aeneid. Aeuum autem proprie in Deos conuenire *Seruius* docet in illud *Virgilii* Libr. VI. Aeneidos :

Quem tibi longaeuo - -

*Cicero* Libr. II. de Legibus. vid. Eius Opera Vol. IV. p. 766. Edit. *Ioh. Augusti Ernesti* vocauit eos qui coelestes semper habiti. Ex quo numero duodecim *Dii consentes* seu maiorum gentium ab *Ennio* duobus versiculis comprehensi, quos profert *Apuleius* Libr. de Deo Socr. et *Martianus Felix* L. I.

*Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Solent autem ἄθανάτῃς Θεός *Graeci* Poëtae dicere: Oratores saepius tantum Θεός. Latini, contra; Poëtae saepius Deos; Oratores, Deos immortales.

Νόμῳ ὡς δικάθενται, ut lege dispositi sunt] *Hierocles* legem intelligit aeternam siue diuinam, de qua legendus *Apuleius* Libr. de doctrina *Platonis* Lex autem haec Dei est principis, qui cum alia re nulla comparari potest, et a quo ceu fonte *Dii* immortales, heroes, ac daemones manarunt. Itaque recte

recte *Hierocles* ἀσυγκρίτως τῶν πάντων προτιμώμενον vocavit, hoc est, absolute ante omnia honore afficiendum. Hic a Platone in *Timaeo* δημουργός dicitur; ab Hierocle Θεὸς Θεῶν, hoc est, *Deus Deorum*, et Θεὸς ὑπάτος, i. e. *Deus summus*; et κοσμοποιός, i. e. *mundi opifex*; et ἀριστοτέχνης, i. e. *praestantissimus artifex*. Quemadmodum et a *Pindaro* dictus est, ut refert *Plutarchus* Libr. de sera numinis vltione.

Haec igitur ad mentem *Pythagorae* accommodata interpretatio est; ad vitam vero communem, et usum reipublicae conuenientius intelligi potest νόμος πόλεως, i. e. *lex ciuitatis*; ut sententia sit, Diis venerationem et cultum tribui oportere non aliter quam patiuntur leges ciuitatis. Quod *Apollinem*, quoties de Deorum cultu interrogaretur, solitum respondere docet summus *Aristoteles* in *Rheticis* ad *Alexandr.* καὶ ὅτι τὰ μαντεῖα πάντα τοῖς ἀνθρώποις προσάτλει κατὰ τὰ πάτρια ποιῆσαι τὰς θυσίας hoc est, et oracula omnia praecipere hominibus, ut sacrificent iuxta leges patriae. Et *Socrates* apud *Xenophontem* Libr. IV. de vita *Socr.* Ὁρᾶς γὰρ ὅτι ὁ ἐν Δελφοῖς Θεός, ὅταν τις αὐτὸν ἐπερωτᾷ, πῶς ἂν τοῖς Θεοῖς χαρίζοιτο, ἀποκρίνεται νόμῳ πόλεως hoc est, nam vides, quotiescunque *Apollo Delphicus* interrogatur, quemadmodum sacra diis grata fieri possint; oraculum edi, iuxta legem ciuitatis. Sic *Marcus Tullius Cicero* de *Legibus* Libr. II. vid. eius *Opera* Volum. IV. p. 774. Edit. celeberrimi *Ernesti*: Deinceps in lege est, inquit, ut de ritibus patriis colantur optimi: de quo cum consulerent *Atbenienses* *Apollinem Pythium*, quas potissimum religiones

C

tene-

tenerent, oraculum editum est, eas, quas essent in more maiorum. Quo cum iterum venissent, maiorumque morem dixissent saepe esse mutatum, quaesivissentque quem morem potissimum sequerentur e variis: respondit, optimum. Et Socrates apud Xenophontem L. IV. de vita Socr. interrogatus, an liceret cuilibet colere Deos pro arbitratu? respondit, οὐκ ἀλλὰ νόμοι εἰσὶ, καὶ ὁ θεὸς τοῦτο ποιεῖν. hoc est, minime; sed leges sunt, ex quarum praescripto id faciendum. Respiciens, ut opinamur, ad legem a Dracone Atheniensibus latam, quae profertur a Porphyrio L. III. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. Ἐπεὶ, inquit, καὶ Δρακόντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. Θεσμός αἰώνιος τοῖς Ἀττικῶν νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. Θεὸς τιμᾶν καὶ ἥρωας ἐγχωρίως ἐν κοινῷ, ἐπομένως νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, καὶ πελάγοις ἐπετείοις. hoc est, quandoquidem etiam Draconis lex commemoratur huiusmodi. Lex aeterna omnibus iis, qui Atticam incolunt regionem domina sempiterna: Deos colunto, et heroes indigenas publice, iuxta leges patriae, et priuatim etiam pro facultate, cum fauentia et primitiis fructuum, et libis annuis. Seneca autem rationem reddens cultus deorum iuxta consuetudinem Romanorum, ait se agere non quae Diis grata, sed quae legibus iusta. Clausulam vero illam νόμῳ ὡς διακένται, communiter intelligi oportere de genere Deorum immortalium, heroum ac daemonum, copiose docet Hierocles.

2. Τιμᾶ cole] Et hominum et Deorum generatim dicitur τιμῆ, id est honor. Qua de re legendus Aristoteles ad Nicom. L. I. c. 12. Proprie autem

tem

tem Diis deberi τὸ σέβας, Parentibus τιμὴν, senibus αἰδῶν, videtur significare *Plutarchus* in singulari libro de institutione puerili, cum inquit, ὅτι θεῶν τῶν μὲν Θεῶν σέβειν, γονέων δὲ τιμᾶν, πρεσβυτέρων αἰδεῖσθαι. id est, oportere Deos venerari, parentes colere, senes vereri.

Καὶ σέβειν ὄρκον, et cole iusiurandum] verbum σέβειν rectissime de iuramento usurpatur: Est enim inuocatio Dei, qua petimus, vt sit testis sermonis nostri, et puniat fallentes; ὄρκος τιμιώτατόν ἐστιν, hoc est, iusiurandum veneratione dignissimum est, vt posuit *Aristoteles* L. I. c. 2. sapientiae.

Duplex autem iusiurandum esse copiose disputavit *Hierocles*. Vnum quo naturae totius vniuersitatis diuinae legi adstricta est, eique obtemperare cogitur: alterum autem humanum, illius prioris quasi riuulum ac imaginem. Iurisiurandi autem religio summa apud Pythagoreos. Vnde vsitatum illis iurando fidem suam adstringere: vt infra, Ναὶ μὰ τὸν ἀματέρα etc. Et *Pythagoras* ipse initio libri de natura, apud *Diogenem Laertium* in Pythagora, p. 571. Edit. *Henr. Stephani*, ἔ μὰ τὸν αἴρα τὸν ἀναπνέω, ἔ μὰ τὸν ὕδωρ τὸ πίνω etc.

Verbum autem σέβειν in Pythagorae schola vsitatissimum fuit. Sic in sequenti versu, σέβειν δαίμονας. Et principio sacri sermonis apud *Diogenem Laertium* in Pythagora p. 571. Edit. *Henr. Steph.* ὦ νέοι ἀλλὰ σέβειν μεθ' ἡσυχίας τὰδε πάντα, h. e. O iuuenes! tacita colite haec pia sacra quiete. Hinc discipulorum Pythagorae vnum genus σεβαστικοὶ dicti, quod ἐν τοῖς σεβασμίαις, id est, rebus cultu

ac veneratione dignis, siue diuinis versarentur. Quibus oppositi Πολιτικοὶ, id est, *occupati in administratione reipublicae*: et Μαθηματικοὶ, *proficientes scientiam mensurarum et siderum*. Legendus interpres Theocriti in Eclogam IV.

Ἐπειθ' ] inter θεὸς ἀθάνατος, siue *Deos aeternos*, siue *immortales*; ac *daemones terrestres*, id est, *homines*, medium genus est heroum, qui etiam daemones boni, et angeli dicuntur. Nam his nominibus eadem vi ac notione vti saepe solent ii, qui a Pythagora et Platone sunt Philosophi, vt docet *Hierocles*. Qui etiam haec nomina interdum a Platone ita distingui solere ait, vt diis immortalibus proximi, angeli nominentur, extremi, heroes, medii vero siue interiecti, daemones boni. Ergo nunc *Heroes* a Pythagora ii omnes intelliguntur, qui medii siue interiecti generis inter Deos immortales atque homines sunt. Nempe vt primum sit genus Deorum coelestium siue immortalium; alterum genus aetherium siue aërium, sc. heroes, tertium autem terrestre, siue daemones. Legendus *Plato* in *Timaeo*; *Apuleius* Libr. de doctrina Platonis; *Martianus Felix* Libr. II. Apud *Laertium* vero idem Pythagoras daemones vocauit eos, qui inter Deos immortales ac heroes interiecti sunt, vt quidem videatur daemones intellexisse omnes, qui a Platone, vt diximus, angeli et daemones boni vocantur. Est enim decretum Pythagorae apud *Diogenem Laertium* L. VIII. p. 581. Edit. *Henr. Stephan.* θεὸς μὲν δαιμόνων προτιμάειν, ἥρωας δὲ ἀνθρώπων· ἀνθρώπων δὲ μάλιστα, γονέας, hoc est, *Deos quidem Semideis in honore praeferendos, hominibus autem heroes,*

roas,



roas, parentes vero hominibus caeteris. Sic Euripidis interpres in Hecubam, ὃν γὰρ λόγον ἔχουσιν οἱ ἥρωες πρὸς τὰς λοιπὰς ἀνθρώπους, ὑψηλότεροί τινες δοκῶντες καὶ ὑπερέχοντες. Τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ Θεοὶ πρὸς τὰς δαίμονας, ὑψηλότεροί τινες δοκῶντες τῶν ἑνῶν, hoc est, *Quae ratio heroum est ad homines, eadem est inter Deos et daemones: nam ut heroes hominibus; ita dii immortales daemonum genere superiores sunt.* Et Thales Milesius, ut est apud Athenagoram in Apologia, tres gradus ita posuit; primum Deorum immortalium, alterum daemonum, tertium heroum. Et Plato L. IV. de Legibus; Primum Diis immortalibus superis ac inferis sacra conficienda esse, deinde vero daemonibus, tum heroibus.

Apuleius autem Libro de Deo Socr. Daemones vocavit omnes, qui inter Deos immortales atque homines interiecti sunt, eosque esse vectores hinc, siue ab hominibus, precum; inde, siue a Diis, munerum; et quasi interpretes ac salutigeros. Quod ex Platone citavit Plutarchus Libro de Iside et Osiride; ὃ τε Πλάτων ἐρμηνευτικὸν τὸ τῶν δαιμόνων ὀνομάζει καὶ Διακονικὸν ἐν μέσῳ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, εὐχὰς μὲν ἐκεῖ καὶ δεήσεις ἀνθρώπων ἀναπέμποντας, ἐκεῖθεν δὲ μαντεῖα δεῦρο καὶ δόσεις ἀγαθῶν φέροντας. hoc est: *Et Plato daemonum genus facultate interpretandi ac ministrandi praeditum, inter Deos et homines interiectum esse ait, ac preces quidem et vota hominum diis offerre, a diis autem ad homines oracula et bonorum largitiones deferre.*

Ἡρώας] Quos veteres Romani Deos medioximos vocarunt; Qua de re legendus Apuleius Libr. de

doctrina Platonis; Et *Martianus Felix*, omnes, inquit, hos qui inter Deos et homines interiecti sunt, Graeci daemones vocant, Latini Medioximos.

Ἄγαστος] illustres [vocavit heroes, quia semper diuinae cognitionis luce perfusi, ut inquit *Hierocles*. Aut illustres, utpote aërei. Decretum enim est Pythagorae, quod profert *Diogenes Laertius* in vita Pythagorae p. 587. Edition. *Henr. Steph.* Ἐἶναι τε πάντα τὸν αἶρα ψυχῶν ἐμπλεων, καὶ τέττας δαίμονας τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι. hoc est, aërem totum plenum esse animorum, qui putentur esse daemones ac heroes. Et *Hesiodus* L. I. ἐργ. καὶ ἡμέρ. v. 124. daemones inquit terram peruadere

ἡέρα ἐσσαμένους - - id est, aëre vestitos.

3. Τέττας τε δαίμονας] Praestanti virtute viros, ut recte intelligit *Hierocles*. Itaque non dixit Pythagoras praecise δαίμονας, sed cum additione δαίμονας καταχθονίους, id est, daemones terrestres. Sic *Plato* in *Cratylo*, ταύτη ἐν τίθεμαι καὶ ἐγὼ τὸν δαίμονα πάντα ἄνδρας, ὅς ἂν ἀγαθὸς ἦ, δαιμόνιον εἶναι καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, καὶ ὀρθῶς δαίμονα καλεῖσθαι id est: Quocirca etiam ego sic statuo, quemvis scientia praeditum ac virtute, diuinum esse virum, et viuentem et mortuum, ac iure daemonem eum vocari. Daemones itaque terrestres ii, quos *Aristoteles* ad *Nicom.* L. 7. c. 1. Θεῖους ἄνδρας vocari ait, hoc est, viros diuinos, ut posuit *Cicero* L. I. de *Legibus*. Daemones vero Latine dici posse genios ac lares, docet *Apuleius* Libro de doctrina Platonis, et *Tertullianus* *Apolog.* contra gentes c. 32. *Cicero* in *Platonis Timaeo* conuertit Lares. Dici autem δαίμονας quasi

quasi

quasi δαίμονας, id est *scientes*, vulgatum est, et a multis repetitum; vt *Platone* in *Cratylo*; *Hierocle* in hunc locum, *Martiano Felice* L. 2. c. 15. *Ioanne Grammatico* in *Hesiodum*, *Lactantio*, *Servio* in 3. *Aeneid.*

Καταχθονίς] τὸς ἐπὶ γῆς πολιτεύεσθαι δυναμένους, καὶ κατὰ γῆς οἰκεῖν, eos, qui in terra versari possunt, vt exposuit *Hierocles*. Itaque καταχθονίς positum est pro ἐπιχθονίς. Daemones autem, hoc est, viri sapientes, quamdiu spirant, terram incolunt, cum autem e vita excesserint, aërem terrae proximum tenent. Qua de re copiose *Martianus Felix* L. 2. Plerumque tamen καταχθόνιοι sunt ὑποχθόνιοι. Vt cum *Dionysius Halicarnassensis* inquit L. 6. τὸς Θεὸς τὸς ἐρανοῖς ἰλεως εἶναι καὶ δαίμονας τὸς καταχθονίς, *Deos coelestes propitios esse, ac daemones inferos*. Perinde vt *Euripides* in *Hecuba*, v. 148. κήρυσσε θεὸς τὸς τ' ἐρανοῖδας, τὸς δ' ὑπὸ γαῖαν supplica *Deos coelestes, atque illos, qui sub terra sunt*.

Daemones itaque supra terram, viri sapientes siue boni: sub terra vero, animi impiorum. Itaque hi proprie inferi et ὑποχθόνιοι dicti sunt ab *Hesiodo* L. 1. ἐργ. καὶ ἡμερ. Atque horum suppliciis praesunt *Dii inferi*, quorum descriptio apud *Virgilium* L. 6. *Aeneid.* in *Tartaro* est. Impiis vero sedem assignari a *Pythagoraeis* in *Tartaro* intelligimus ex *Aristotele* L. 2. c. 5. de *Demonstr.* qui *Pythagoreos* inquit arbitrari propterea excitari tonitrua in aëre, vt illa quasi comminatione *Iouis* ii qui in *Tartaro* sunt pertimescant: ὡσπερ οἱ Πυθαγόρειοι φασιν, ἀπειλῆς ἐνεκα τοῖς ἐν τῷ Ταρτάρῳ, ὅπως φοβῶνται.

Ἐννομία ῥέζων] ἔννομα ῥέζειν exposuit Hierocles, Daemonum, id est, sapientum, dictis quasi legibus, parere, id est, cum fide ac iustitia viuere; ἔννομως siue νομικως ζῆν.

Ioachimus Camerarius ἔντομα ῥέζων suspicatur legendum esse. Sed haec lectio minus recta est. Posuit enim Diis manibus conuenire ἔντομα ῥέζειν, quia in sacris inferorum iugulari soleant victimae, siue secari victimae iugulum. Quasi vero non idem obseruatum fuerit in sacris superiorum. Neque enim superiorum et inferorum sacra eo differunt, quod in illis iugularentur victimae, in his vero non item: sed quia in sacris Deorum manium siue inferorum victima capite in terram prono statuebatur; in sacris vero superiorum, capite in coelum subleuato. Itaque in Deorum manium sacris ex parte inferiori, in superiorum siue coelestium sacris ex parte superiori, securi aut malleo victimae feriebantur. In utroque genere sacrificii dabant operam victimarii, ut victima in cultros suppositos, siue subiectos capite incumbens, speciem praeberet sponte ad interitum se offerentis. Legendus *Seruius* in illud *Virg.* L. 3. *Georg.*

Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Atque huiusce rei exempla sunt apud *Ouidium* *Metamorph.* L. VII. *Dionysium Halicarnasenseum* L. VI. *Papinium* in *Thebaide* L. IV. cum inquit,

In vulnus cecidere greges - -

vbi *Lactantius* interpres hos qui malleo victimam feriunt ait nominari Agones: qui autem subiiciunt siue supponunt victimarum iugulis cultros, id est, ita  
cultros

cultos tenent, vt in aciem victima iugulo incidere possit, hos dici victimatores.

Postremo ἔντομα ῥέζειν alienum est ab instituto Pythagorae, qui, vt inquit *Cicero* L. 3. de Natura Deorum *ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine adspergeret.* Et *Laertius* in Pythagora ait solam Apollinis genitoris quae Deli est, aram venerari solitum Pythagoram, quod nulla ibi victima immolaretur. Ἐντομα vero dici proprie in haruspicina ex *Gregorio Nazianzeno* intelligimus Orat. I. contra *Iulianum.* Quem locum, quia longior est, non adscripsimus.

*Theodoro Marcilio* ἔννομα ῥέζειν posse intelligi videtur *χοὰς ἐπιφέρειν, καὶ ἐναγίζειν*, siue iusta facere diis manibus. Quod etiam *Hierocles* tanquam in transitu ostendit. Proprie autem diis manibus conuenit, vt sacra eis legitime fiant, siue τὸ ἔννομα ῥέζειν, quoniam dii manes sancti siue legibus sanciti sunt. Quo lex illa *Ciceronis* pertinet L. 2. de Legibus, *Deorum manium iura sancta sunt.* Idemque *Topica* ad *Trebatium*, iustitiam erga manes proprie vocari ait *sanctitatem.* Sic apud *Virgilium* L. V. *Aeneid.* Aeneas Anchisem patrem mortuum affatur

Salue sancte parens - -

Et *Euander* L. XI. *Aeneid.* ad coniugem mortuam,

- - Tuque o sanctissima coniux

Felix morte tua - -

Eaque de re *Macrobius* in *Saturnal.* L. 3. Sancti autem siue sanciti potius dii manes quam superi, quia cum fuerint homines facilius contemni possunt et violari.

4. Τῆς τε γονεῖς τίμα] Nempe καθάπερ Θεὸς, id est, *tanquam Deos*. Sic enim *Aristoteles* ad *Nicomachum* L. IX. c. 2. et *Plato* L. IV. de legibus. Ἐὖλος γονεῖς πρώτιστον ἐν τιμαῖς ἔχειν. *Parentes imprimis honoribus affice. Philemon.*

Τῆς τε ἀγγίσι' ἐκγεγαῶτας] vno verbo ἀγγίσεις, hoc est, propinquos.

5. Τῶν δ' ἄλλων] Tanti fecit amicitiam *Pythagoras*, vt dicere solitus sit, *ex inimicis amicos, non ex amicis inimicos faciendos esse*. Idem vult sibi *Liuius*, cum *Libr. XL. c. 46.* dicit: *Amicitias immortales, inimicitias mortales esse debere*. Quod dictum celebratum fuisse apud Graecos, et inde fortasse in Italiam venisse, ostendunt haec verba *Aristotelis*: Καὶ μὴν πολὺ βελτίων τὰς φιλίας ἀθανάτους ἀξίῳ εἶναι ἢ κείνων ἔρχομενων ὑπὸ τὴν τυχὴν τῆς ἐχθρᾶς μὴ βυλεῖσθαι πορίζεσθαι λύσεις. Vulgo dicitur, πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος ἀναγκαιότερος. Et *Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua a Diis immortalibus nihil melius habemus, nihil iucundius*, inquit *Cicero* de *Amicitia* c. 13. Duo genera sunt amicitiae. *necessarium, siue propinquitas sanguinis: et voluntarium, siue inter alienos*, *Donat.* in *Terent. Adelph.* Ergo de amicitia necessaria versu antecedente dixit *Pythagoras*, nunc adiunxit de voluntaria. *Aristoteles* autem ad *Nicomach.* L. VIII. c. 12. triplex amicitiae genus posuit; vnum propinquorum, alterum sociorum, tertium sodalium. Sed amicitia sociorum et sodalium vtraque vno amicitiae voluntariae nomine intelligi potest.

Ἀρετῇ ποιεῖ φίλον] Amicum tibi virtute adiunge, non voluptate, aut opibus. Triplex enim est amici-

amici-

amicitiae materia, *virtus, voluptas, utilitas*, et disputavit *Aristoteles* ad *Nicomach.* L. VIII. c. 3. Sed illa tantum, quae virtutis societate conglutinatur, firma et constans amicitia est. Itaque hanc *τελείαν Φιλίαν*, *perfectam amicitiam* vocavit *Aristoteles* l. c. et *ἀδιάβλητον καὶ μόνιμον*, *immutabilem et permanentem*, eiusdem *Libr.* c. 6. Voluptatis autem et utilitatis amicitiae sunt, quas, ut ait *Seneca*, *Epist.* IX. *temporarias populus appellat.*

Ὅσις ἄριστος] Laudat *Φιλοφιλίαν* et *πολυφιλίαν*. *Φιλοφιλία* Latine studium amicorum dici potest, non, multitudo amicorum, ut a quodam *Ioachimi Perionii* reprehensore conuersum est apud *Aristotelem* ad *Nicom.* L. 8. c. 1. *Πολυφιλία* vera est multitudo amicorum, de qua copiose *Aristoteles* ad *Nicom.* L. 9. c. 10. et *Plutarchus* Libro, quem ea de re conscripsit. Vtraque laude, scilicet *Φιλοφιλίας* et *πολυφιλίας* floruisse *Pythagoram* legere licebit apud *Diogenem Laertium*. Videtur autem *παρήχησις* et soni concinnitas quaedam esse quaesita in verbis *ἀρετῇ ἄριστος*.

6. Πραέσι δ' εἴκε λόγοις] Hic et sequens versus ad caput humanitatis pertinet. *Lenibus amici dictis cede*: sic enim exposuit *Hierocles*. Quale *Horatianum* illud est ad *Lollium* *Epistol.* L. II. *Epist.* XVIII.

- - Tu cede potentis amici  
Lenibus imperiis.

Quanquam etiam *πραέσι λόγοις εἴκεν* esse potest, *cedere amico lenibus dictis*, siue *adhibita orationis lenitate*, ut apud *Xenophontem* L. II. de *vita Socr.* *λόγω ὑπέξαι.*

ὑπεῖξαι. Nam vsitatum esse ait vbiq̄ue gentium. Παρὰχωρῆσαι τὸν νεότερον πρεσβυτέρῳ συντυγχάνοντι, καὶ λόγῳ ὑπεῖξαι, id est, adolescentem leni de via decedere, et oratione se illi submittere.

Ἔργοισι τ' ἐπωφελίμοισι] Ἔργα ἐποφελίμα dixit Poëta intelligens εὐεργισίας, id est benefacta, siue Θεραπείαν, id est, cultum et obseruantiam. Cedendum esse, inquit, amico, non orationis tantum lenitate, verum etiam obsequiis adhibitis. Nam vt est apud Terentium in Andria Act. I. Sc. I. *obsequium amicos veritas odium parit.* Sed Hierocles, vt diximus, aliter hunc locum intelligit, nempe cedendum esse amici benefactis, hoc est, vt facile nobis, cum offensi fuerimus, ab amico satisfieri patiamur. Sed prior illa interpretatio planior est, et est ἀττικώτερον illud, εἶκειν siue ὑπέκειν λόγοις τῷ φίλῳ, quam εἶκειν λόγοις τῷ φίλῳ.

7. Μηδ' ἐχθαίρει φίλον] Explicatio est illius antecedentis πράξει δ' εἶκε λόγους. Nam is demum εἶκει siue ὑπέκει id est, cedit amico, qui erratis eius ignoscit. Quare cum Laertius in Zenone posuisset, Stoicorum decretum esse, σοφὸς συγγνώμην ἔχειν μηδενὶ, sapientes ignoscere nemini; deinde συγγνώμην ἔχειν, exposuit εἶκειν. Expressus autem hic versus ex illo Pythagorae decreto, quod Laertius profert in Pythagora; Ἀλλήλοις τε ὀμιλεῖν, ὡς τὸς μὲν φίλους ἐχθρὸς μὴ ποιῆσαι τὸς ἐχθρὸς δὲ φίλους ἐργάσασθαι: ita cum aliis viuendum esse, vt amici nobis inimici non fiant; et inimici amici esse incipiant.

Ἀμαρτάνδος εἴνεκα μικρῆς, leuis peccati gratia] Qualia sunt, quae cum verrucis comparat Horatius  
Libr.



Libr. I. Sermon. Satyr. 3. Quatenus sint amicorum vitia toleranda, in aureo libello de amicitia docetur apud *Ciceronem*.

8. Ὅφρα δύνῃ] vt infra καὶ ὅσον δύνῃ, *quantum potes*. Sententia est: Enitendum esse, ne amicorum delictis facile offendamur. Qua de re notatu dignissima est *Thraseae* Stoici vox apud *Plinium* L. VIII. Epist. 22. p. 173. Edit. *Ioh. Matthiae Gesneri*. *Qui vitia odit, homines odit*. Eaque Plinii epistola tota, huiusce praecepti quaedam quasi interpretatio est: *Στρεφνὲς* vero, siue austeros, et ignoscere amicis aut cedere nescientes, non esse *Φιλικὲς* siue natos ad amicitiam; atque *ἔυνοας* quidem dici posse, id est beneuolentes, non autem *Φίλῃς* siue amicos, docet summus *Aristoteles* ad *Nicomachum* L. 8. c. 6.

Δύναμις γὰρ] interpretatio illius clausulae Ὅφρα δύνῃ, *quantum potes*. Nam et illud, *Quantum potes*, declararet *Pythagoras*, *Facultatis domicilium vicinum esse* inquit *necessitati*; hoc est, *Tantum autem potes amici tui delicta patienti animo ferre, quantum si necessitas tibi allata esset ferendi ferres*. Eaque interpretatio est *Hieroclis*. Allata vero necessitate, quantum valeamus intelligi, docent trita sermone prouerbia: *necessitas magistra: necessitas rationum inuentrix: durum telum necessitas: necessitas caret lege*.

Ἐγγύθι ναίει] *Facultas vicina est necessitati*; quoniam vbi facultatis extremum est, ibi necessitatis principium. Qui enim posse desinit, non posse incipit. Quo sensu etiam *Hesiodus* L. I. Oper. et Dier. v. 286. dixisse videtur, vitium esse vicinum virtuti,

-- μά-

- - μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.

Nam vitii extremum est principium virtutis, vt extrema pars noctis attingit principium diei. Ergo sic etiam versus hic intelligi potest. Ignoscendum esse amicis, *quantum potes*. Nam facultas vicina est necessitati, hoc est, neque enim semper potes; nam saepe facultas impeditur necessitate: ita vt non recte nominentur vicinae res posse et non posse, eoque modo speciem habet prouerbii.

Ἀνάγκης] duplex intelligi potest necessitas: vna cogens, vt in explicatione *Hieroclis*; altera prohibens, siue impediens facultatem, de qua diximus. Eamque *Aristoteles* L. IV. c. 5. Sapientiae vocauit τὸ βίαιον καὶ τὴν βίαν, id est, *violentiam*: quid autem appellet vim aut violentiam, ipse his verbis declarauit: Τῆτο δ' ἐστὶ τὸ παρὰ τὴν ὀρμὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ἐμποδίζον καὶ κωλυτικόν. *Violentiam*, inquit, appello id, quo naturae impetus, aut consilium rei alicuius suscipiendae, quasi impeditur ac retinetur.

9. Ταῦτα μὲν ἔτῳς ἴδι] Transitio, qua vsus etiam *Theognis* v. 31.

Ταῦτα μὲν ἔτῳς ἴδι κακοῖσι δε μὴ προσομίλει  
Ἄνδράσιν

Haec quidem sic scito: cum malis ne versare  
Viris.

Κρατεῖν] Quod ἀρχειν *Socrates* dixit apud *Xenophontem* L. II. de vita Socratis. Ait enim *expetendum esse amicum ὅστις ἀρχει γαστρὸς τε καὶ φιλοποσίας καὶ λαγνείας, καὶ ὕπνου, καὶ ἀργίας*, hoc est,

est, cum, qui imperet ventri, vinolentiae, libidini, somno et languori.

10. Γαστρός μὲν πρῶτισα] Simile illud quod in statuis Anacharsidis inscribatur, γλώσσης, γαστρός, αἰδοίων κρατεῖν, ut est apud *Diogenem Laertium* in Anacharside, hoc est, *linguae, ventri, libidini imperandum esse*. Docet Poëta de continentia, quae consistit maxime in refrenandis voluptatibus, quae tactu et gestu percipiuntur, ut *Aristoteles* tradit: Et horum velut fons est immodicus cibi et potus usus. Nam *sine Cerere et Libero friget Venus*, Terentius Eunuch. Act. 4. Sc. 5. v. 6; ita possumus de somno quoque dicere. Caeterum venter cohibetur, quando servatur modus in victu, et non appetitui frena laxantur. In ventre enim consistit illa potentia appetendi nutrimenti: Hinc est, quod ipsos etiam homines voraces et bibaces Graeci et Latini *ventres* appellauerint aliquando.

11. Πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλῃ] Si per se vitium est fugiendum fugi debet, etiam si nemo, nisi nos, sit nobis eius conscius. Quod quando non fit, perpetuo nos accusat, et damnat nostra conscientia. Est enim hoc inditum nostris mentibus diuinitus, honeste faciendum esse, et turpitudinem vitandam.

12. Ἀιχύνεο σαυτόν] Sententia Thaletis Milesii apud *Ausonium* in dictis Sapiens.

Turpe quid ausurus, te sine teste time.

Eandem vero multi alii usurparunt; ut apud *Stobaeum Democritus, Theophrastus, Musonius, Cato*; et apud *Diogenem Laertium Demetrius Phalereus*.

Et

Et Galenus Libro de cognitione et curatione morborum animi, proferens hunc locum, Σὺ δὲ, inquit, σαυτὸν αἰδῶ μάλις, πειθόμενος τῷ Φάντι,

- - Πάντων δὲ μάλις αἰχύνεο σαυτὸν.

hoc est, tu autem verere teipsum potissimum, obtemperans illi, qui praecepit, πάντων etc.

13. Ἄσκεῖν] Mutata interpunctione ἀσκεῖν referri potest ad verbum ἔθιζε, aut sumi pro ἀσκεῖ. Infinitivi enim Attice pro imperatiuis ponuntur per Ellipsin, intellectis verbis θέλε aut σπεύδε id est, velis aut studeas, qua de re legendus Iohannes Grammaticus in Hesiodum et Eustathius in I. Iliad. Aut supplendum est verbum χρῆ vel δεῖ, vt ἀσκεῖν δικαιοσύνην, pro δεῖ siue χρῆ ἀσκεῖν δικαιοσύνην. Nam Attice verbum χρῆ et δεῖ omitti solet, vt apud Aristotelem L. I. c. 1. de Ratiocin. πρῶτον εἰπεῖν hoc est πρῶτον δεῖ siue χρῆ εἰπεῖν; in quem locum legendus Iohannes Philoponus. Neque dissimilis locutio Latina est, de qua Priscianus L. XVIII. c. 3. Sed non dissimulabimus etiam a Stobaeo Sermone I. citari hunc locum, et legimus non ἀσκεῖν, sed ἀσκεῖ.

14. Μηδὲ περὶ μηδὲν] Attice duplex negatio vice affirmationis. Legendus Eustathius in I. Iliad. Atque etiam hoc Latini secuti sunt, vt semel atque iterum docet Marcellus de doctorum indagine.

Σαυτὸν ἀλογίως ἔχειν] Pro σαυτὸν ἀλογίως εἶναι, hoc est, imprudentem esse. Nam versus antecedens ad iustitiam pertinet, hic autem de prudentia est: ἀλόγιστος vero inconsideratus et incautus. Agit hoc praecepto de ducendis affectibus ad obsequium rectae rationis, quae summi Iouis vera lex, dominaque omnium et Regina.

15. Ἄλ-

15. Ἄλλὰ γινώθει] Respicit sine dubio Poëta ad praeceptum Apollinis, γινώθει σεαυτόν. Nam illi praecepto ea vis atque notio subiecta est, ut norimus nos esse mortales. Itaque *Lucius Annaeus Seneca* Consolat. ad Marciam: *Mortis, inquit, meminisse iubet illa Pythicis oraculis adscripta vox γινώθει σεαυτόν.* Hinc etiam illud expressum *Simonidis* ad *Pausaniam* dictum, Μέμνησο ἄνθρωπος ὄν, *hominem te esse memineris, hoc est, mortalem.* De qua sententia *Plutarchus* Consol. ad Apollonium. Atque eo respiciens *Cicero* L. V. Epist. ad Famil. Epist. 16. *Homines, inquit, ut nos esse meminerimus, etc.*

Θανέειν πέπρωται ἅπασιν] Quod *Cicero* pro *Sex-tio* dixit, *omnibus definitam esse mortem.*

16. Χρήματα δ'] Sic apud *Platonem* in *Phaedone* *Socrates*, *Philosophum esse non oportere φιλοσώματον, φιλοχρήματον, φιλότιμον, appetentem vitae et voluptatis, aut diuitiarum, aut honoris. Pecuniam enim in loco negligere maximum interdum est lucrum, Terentius Adelph. Act. II. Sc. 2. v. 8.*

Ἄλλοτε μὲν κίλᾳθαι φιλεῖ] *Pecunia interdum acquiri solet, interdum amitti.* Mobilis enim est, perinde ac fortuna ipsa, quae pecuniam siue opes largitur, inconstans ac volatica est. Ἐν ἡμέρᾳ μὲν ὤλβισεν, ἔν δ' ἀπώλεσεν, *Euripides* in *Oedip.* et in *Phoeniss.* Memorat *Scriptura Sacra* τῆ πλῆτῃ ἀπάτην *Marc. 4. v. 19.* et ἀδουλότητα, *incertitudinem* 1 *Tim. 6, 17.* Ergo φιλεῖ, id est, *amat*, positum est pro εἶωθε siue solet. Sed in editionibus plerisque, ut *Venetis*, legimus in imperatiuo Φίλει. Quod *con-cinnius* videtur. *Ama, inquit, pecuniam alias quae-*  
D rere,

*vere, alias vero consumere, significans in pecunia nihil expetendum esse, praeter usum. Sic Chremylus apud Aristophanem in Pluto:*

Χαίρω τε γὰρ φείδομενος ὡς εἰδὲς ἀνὴρ.  
Πάλιν τ' ἀναλίσκων, ἢνίκ' ἄν τέττε δέη.

hoc est:

Nam et gaudeo, ut nemo alius unquam parcere;  
Et parta dissipare rursus, ubi est opus.

Iam autem *Φίλει* pro *soleas*, nam *Φιλεῖν* pro *εἰωθεῖναι* id est *solere*, ponitur Attice, quoniam rebus solitis siue usitatis delectamur. Quod loquendi genus etiam Latini usurparunt, ut *Horatius* L. II. Carm. Od. 3.

Quo pinus ingens, albaque populus  
Umbra[m] hospitalem consociare *amant*  
Ramis:

Libro III. Carm. Od. XVI. ad Maecenatem:

Aurum per medios ire satellites  
Et perumpere amat saxa potentius  
Ictu fulmineo

Et Epod. Od. VIII.

Quid? quod libelli Stoici inter sericos  
Iacere puluillos *amant?*

Similiter et *Catullus* aliique locuti sunt. Neque Poëtae solum sed et caeteri Scriptores, ut *Ausonius* in Gratiarum actione, et *Ammianus Marcellinus* L. 16. et 17. vid. et *Quintil.* L. IX. c. 3. Ergo *ἠλάθει Φίλει*, *quaerere ama*, est, *solitus sis quaerere*, siue *libenter quaere*. *Φιλεῖν* vero etiam poni pro *συμβαίνειν* lege apud Euripidis interpretem in *Phoenissas*.

Ἄλλοτ'

Ἄλλοτ' ὀλεσθῆαι] Quod eleganter dixit *Hierocles*, ἀποκλιᾶσθαι, soni similitudine quaesita, κλιᾶσθαι, ἀποκλιᾶσθαι. Sic Latine, *nasci, denasci*. Pro ὀλέσθαι *Hieronymus Wolfius* legit ὀλέσσαι.

17. Ὅσσα δὲ] Hic versus et sequens citatur a *Plutarcho* Consol. ad Apollon.

Δαιμονίησι τύχαις] *casibus diuinis, siue a Deo profectis*; siue iis malis aut damnis, quae cuique pro meritis eueniunt. Recte *Sophoclis* illud huic sententiae conuenit in *Oedip*. τὸ φέρον ἐκ Θεῶν καλῶς χρὴ φέρειν. Nec illud *Plauti* alienum: *Si Dii immortales id voluerit, nos hanc aerumnam exsequi, decet id pati aequo animo: si id facietis, leuior labor erit*. Qua de re multa philosophatus est *Hierocles*.

Βροτοὶ ἀλγε' ἔχουσιν] Expressum ex illis *Homeri* verbis *Odyss*. I. v. 34.

- - ὑπερ μόνον ἀλγε' ἔχουσιν, i. e.

Praeter vim fati subeunt mala.

Ergo quod *Homerus* dixit μόρον, *Pythagoras* vocauit δαιμονίαν τύχην. Ἄλγεα vero ἔχειν, etiam ἀλγεᾶ πάχειν et πῆματα πάχειν, dixit *Homerus*. *Horatius* *Epistol*. L. I. *Epist*. 2. conuertit *aspera perferre*.

18. Ὡν ἂν μοῖραν] Ἄ ἔμμορες ἃ εἰς μοῖραν ἔλαχες. Quorum fatalem partem sortitus es; siue quae miseriarum a fato pars tibi assignata est, hanc perfer: Feras, non culpes, quod mutari non potest. *Μοῖρα* enim hoc in loco fors fatalis, de qua huius verbi notione legendus *Eustathius* in *Odyss*. 20.

Πράως φέρει] Apud *Plutarchum* Consol. ad Apoll. ταύτην ἔχει. Quod elegantius videtur ob repetitionem

tionem verbi ἔχω. Vt in Epigram. Nicarchi Antholog. L. VII. Ἦν ἐν γαστρὶ λάβης, λάβε· καὶ τέκε, μὴ θορυβηθῆς. Apud Stobaeum autem est ταύτην φέρε. [In MS. B. Oxon. ἔχοις, ταύτην - -]

19. Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει] Mederi conuenit malis humanis, priuatim quidem praeeptis Philosophiae, publice vero lege. De Philosophiae medicina Plutarchus Libro de institutione puerili, τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀρρώσημάτων καὶ παθῶν ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι. Animi vero, inquit, morborum et perturbationum nulla est medicina praeter Philosophiam. Eaque de re liber Galeni est: scilicet, de cognitione et curatione morborum animi. De legis autem Medicina Euripides in Bellepheronte apud Stobaeum,

Νόσοι δὲ θνητῶν, αἱ μὲν εἰς ἀυθαίρετοι  
Αἱ δ' ἐκ θεῶν πάρεσιν. ἀλλὰ τῶ νόμῳ  
Ἰώμεθ' αὐτάς.

Aut sponte nobis parimus aegritudines,  
Aut ira coelitem inuehit. Sed omnium  
Medicina, leges.

20. Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τέτων] τέτων scilicet δαιμονίων τυχῶν quia, vt diximus, eueniunt cuique pro meritis. Interdum tamen etiam viris bonis eueniunt res aduersae, verum, vt inquit Pythagoras, ἔ πάνυ πολὺ, non magnopere, aut non frequenter. Quod Epicurus dicebat, Fortunam exiguam interuenire sapienti, apud Ciceronem L. I et 2. de finibus. Τρεῖς τοῖς κακουργοῖς κακὰ iuxta Prouerbium apud Athenaeum Libr. 9. Malis ter mala.

21. Λόγοι



21. Λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοί] Δειλὸν oppro-  
suit ἐσθλῶ, δειλὸν sumens pro malo. Vt soliti  
sunt id verbum vsurpare Pythagorei, vt infra, Δειλῶ  
τοι κρήσσειν, pro κακῶ, et δειλὰ μὲν ἐκπρήξας, id  
est, κακά: et in versu illo Pythagorae decantato,

Δειλοὶ, πάνδειλοι, κυάμων ἀπὸ \* χεῖρας  
ἐλέσθαι

Pro κακοὶ et παγκάκιστοι.

22. Προσπίπτεσ' ] vt verba ad aures accidere  
dixit Cicero in Vatinium.

Ὡν μήτ' ἐκπλήσσει] Theodorum Marcilium non  
legere, vt est in editionibus vulgatis, ὦν, sed ὦν Io-  
nice pro ἔν igitur, supra monuimus: Sententia enim  
est, multi sermones hominibus ad aures accidunt,  
boni ac mali. Quocirca delectum adhibendum esse  
et cauendum, ne aut miremur eos temere atque in-  
considerate, aut respiciamus. Nam fucatos pro sin-  
ceris admitteremus, et veros pro simulatis repudia-  
remus. Atque ita videtur legisse Hierocles, cum in-  
quit, μήτε ἔν πάντας καταδέχεσθαι, φησὶν ὁ Πυθα-  
γόρας, ἵνα μὴ καὶ τὰς ψευδεῖς: μήτε πάντας  
ἀπόβαλε, ἵνα μὴ καὶ τὰς ἀληθεῖς. Neque igitur  
omnes sermones recipe, inquit Pythagoras, ne falsa  
vna recipias: neque omnes respice, ne vna etiam veros  
repudies.

23. Ψεῦδος δ' ἦν πέρ τι λέγεται] Orationis  
vnum discrimen est, vt honesta sit aut turpis; de  
quo iam dictum est: alterum, vt vera sit aut falsa;

D 3

de

\* male pro χεῖρας ἔχεσθαι.

de quo nunc discrimine adiungit: praecipiens, ut lenes simus in refellendis mendaciis, non appetentes rixae et contentionis. Qua de re multa iucunde *Horatius* Epist. Libr. I. Epist. 18.

*Alter rixatur de lana saepe caprina etc.*

Τὶ λέγεται] *Stobaeus* proferens hunc locum legit:

- - ψεῦδος δ' ἦν σοί τι γένηται,  
Προῶως εἶχ'

Sed vulgata lectio magis placet.

25. Παρείπη] *Παρεῖπεν* est fallaciter et captiose persuadere. Quanquam autem *παρεῖπεν* de verbis proprie usurpetur, tamen *Pythagoras* quasi commune posuit rerum et verborum, ἔργα καὶ λόγος. Nam verbum alterutri rei proprie conuenire satis est: ut apud *Homerum* in I. Iliad.

Σῖτον καὶ οἶνον ἔδοντες,

*Cibum ac vinum edentes:*

*Eustath.* Sic Latine apud *Ciceronem* L. II. de Finibus. *Torquatus* sibi torquem et cognomen induit. et *Virgilius* L. IX. Aeneid.

*Seu pacem, seu bella geram*

Legendus *Fab. Quinctilianus* L. IX. c. 3.

27. Βελαύς δὲ πρὸ ἔργος] Sententia crebro usurpata, ut a *Sallustio* in *Catilin.* Prius, quam incipias, consulito, et ubi consulueris, mature facto opus est; *Demosthene* Philip. I. et oratione de pace; *Biante* apud *Laertium*; *Isocrate* ad *Demonicum*: Prouerbii etiam intelligere vice usurpari solitam, ex *Aristotele* licet ad *Nicom.*

Nicom. L. 6. c. 8: Καὶ πᾶσι πράττειν μὲν δεῖ τὰ βουλευθέντα, βουλευέσθαι δὲ βραδέως. Et prudentiae munus cogitare, et consulere de rebus ante, quam agantur, hoc est, praecipitantiam vitare, quae raro habet felicem exitum.

Μωροί ] *inepta*, ut in Glossematis Graecis et apud Priscianum L. 13. c. 6.

28. Δειλῆ πρὸς ἀνδρός ] Sic in proverbiis: Μωροὶ γὰρ μωρὸς λέγει: *ineptus inepta loquitur.*

30. Πρήσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ ἐπίσασαι ] Sic Proverb. ἔρδοι τις ἑκάστος, ἣν εἰδείη τέχνην, *Quam quisque novit artem, in hac se exerceat.* Sequitur ἀλλὰ διδάσκει. Nam teste Pindaro Olymp. 8. p. 53. ἀγνωμον μὴ τὸ προμαθεῖν, *Stultum est non praedidicisse.* Quocirca, πρὶν ἢ λαλῆσαι, μάθαινε. Et Plinius Libr. I. Epist. 18. p. 32. Edit. Ioh. Matthiae Gesneri. Aut si, inquit, tutius putas illud cautissimi cuiusque praeceptum, quod dubitas ne feceris, id ipsum rescribe. Sic Cicero Libr. I. de officiis. *Quocirca bene praecipunt, qui vetant quicquam agere, quod dubites aequum sit an iniquum.*

32. Ὅυδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμα ] Non dixit ὑγιείης simpliciter, sed cum additione τῆς περὶ σῶμα. Quasi cum de animi valetudine dixerit, nunc det praeceptum de valetudine corporis. Duplex enim valetudo: nimirum animi et corporis, ut apud Senecam Epist. X. Roga, inquit, bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde corporis. Citatur autem hic locus a Stobaeo et legitur κατὰ σῶμα. Refert Plato, in conuiuviis cantari solitum, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν, ἀριστόν ἐστι· τὸ δὲ δεύτερον, καλὸν γενέσθαι

τρίτον δὲ, τὸ πλατεῖν ἀδόλως. *Pyrrhus Epirota* nihil impensius rogare solitus, quam unum ὑγιαίνειν, valere ac sanum esse.

33. Ἄλλα ποτὲ τε μέτρον] Cuiusmodi Pythagorae decretum est, quod profert *Diogenes Laertius* in Pythagora: Μὴ παραβαίνειν, μήτε τῶν πότων, μήτε τῶν σιτίων, μηδένα τὴν συμμετρίαν. *Hieronymus* in Reg. Monach. Modicus ac temperatus cibus, et carni et animae utilis. *Demonicum* ita monet *Isocrates* ἀσκει τῶν περὶ τὸ σῶμα γυμνασίων, μὴ τὰ πρὸς τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τὰ πρὸς τὴν ὑγίειαν συμφέροντα. Valetudinem huiusmodi praescribit *Cicero* Libro XVI. Epist. ad Diuersos Ep. XVIII. Vide eius Opera Volum. III. p. 474. Edit. Ernesti: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. quae verba celeb. Ernesti in egregia sua Clavi Ciceroniana Latine reddidit: *concoctionem, vitationem lassitudinis, ambulationem moderatam, delectationem, solutionem alui.* Noti sunt versiculi *Scholae Salernitanae*:

*Si tibi deficient medici, medici tibi fiant*

*Haec tria; mens hilaris, requies, moderata diaeta.*

Καὶ σίτη] A casu recto σῖτον. Nam σῖτον panem, σῖτος autem frumentum significat. Legendus *Eustathius* in XVIII. Iliad.

34. Ὅ μή σ' ἀνιήσει] Eiusmodi modum seruandum esse, cuius poenitere non possit, ne scilicet vires aut inedia, aut exercitationibus immoderatis frangamus. Quae sententia sic posita est ab *Aristotele* L. II. c. 2. ad *Nicomach.* τὰ τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια, καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰχύν. ὁμοίως

ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία, πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίειαν· τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιῆι, καὶ αὐξῆι, καὶ σώζει. *Nam exercitationibus, inquit, corporis supra infraue modum adhibitis vires debilitantur; et cibi ac potiones, si plus minusue quam par est sumserimus, valetudini aduersantur: moderatae vero bonam valetudinem efficiunt, augent, conseruant.* Cicero de Senectute c. II. monet: *Habenda ratio valetudinis: vtendum exercitationibus modicis. Tantum cibi ac potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur.* Ad Platonem in Theaet. ἡ τῶν σωμάτων ἕξις ἔχῃ ὑπὸ ἡσυχίας μὲν καὶ ἀργίας διόλλυται, ὑπὸ γυμνασίων δὲ καὶ κινήσεων ὡς ἐπιπολὺ σώζεται.

35. Εἰθίς δὲ δίαιταν ἔχει] *Δίαιτα vitae rationem significat, ἢ τὴν ἐν τοῖς ἐπισημομένοις τε καὶ πινομένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, τοῖς ὅπως ἔν γινόμενοις κατὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα.* Galenus Comment. 3. in Libr. 2. Epid.

Καθαρίον, ἀθρυπλον] *Καθαρίον et ἀθρυπλον medium est: τρυφερόν et ῥυπαρόν, id est, deliciae et fordes, duo extrema, quae peritringit Horatius L. I. Serm. Satyr. II. v. 27. seq.*

*Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.  
Nil medium est.*

Qua de re Seneca Epist. 87. qui Rucillum vocat, non Rufillum. Ἀθρυπλος, non delicata nimis, qualis tribuitur Syracusanis et Sybaritis.

36. Ὅποσα φθόνον ἔχει] *Φθόνον dixit, intelligens reprehensionem siue μέμψιν, vt recte Hierocles.* Itaque ὅποσα φθόνον ἔχει est, quaecunque repre-

hensionem habent, pro, ea, quae reprehensionem esse debent, aut possunt. Quo loquendi genere etiam Cicero pro Muraena dixit, *inuidiam vero his temporibus habere consulatus ipse nullam potest.*

37. Μὴ δαπανᾶν] Δαπανᾶν est non simpliciter consumere, sed splendide viuere; ac dissipare atque abligurire patrimonium. Lege *Suidam.*

Ὅποια καλῶν ἀδαιήμων] Aliter hoc apud *Stobaeum*, sc. ἀπειροκάλως ἐνὶ ἡμῶν. Fortasse mendose, pro ἐνὶ ἡμῶν *in nobis*, pro *in nostra societate*. Notae vero Pythagoreorum societates.

38. Μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἄριστον] *Cleobuli* sententia est, prouerbii speciem habens, μέτρον ἄριστον, *modus res optima*, apud *Diogenem Laertium* in *Cleobulo*, et apud *Ausonium* in dictis *Sapientum*. Legendus *Plutarchus* in conuiuio septem *Sapientum*. Sic *Theognis* v. 335.

Μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· πάντων μέσ' ἄριστα,  
*Ne quid nimis propera; omnium media optima.*

*Phocytides:*

v. 12. - - καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον ἅπασιν.

v. 33 et 65. πάντων μέτρον ἄριστον.

v. 93. - - τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.

v. 130. - - ἰσότης δ' ἐν πᾶσιν ἀρίστη.

Latini dicunt in prouerbio: *ne quid nimis.*

40. Μηδ' ὕπνον] Conuertit Latine *Ausonius* *Eclog.* de viro bono,

*Nec prius in dulcem declinat lumina somnum etc.*

Μαλα-

Μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι] Molles hominum oculi generatim, exceptis morientium oculis interdum, vt apud *Suetonium* in Nerone c. 49. p. 384. *Edit. Ernest.* et furentium, vt apud *Plautum* in *Menaechmis* Act. V. Sc. V. v. 24. Speciatim autem apud *Ouidium* L. I. de Remedio Amor. *molles oculi* procliues ad fletum:

Mollibus est oculis? quod flet illa refer.

41. Πρὶν τῶν ἡμερινῶν] Profert *Arrianus* L. 3. c. 10. in *Epicetum*; sed paulo aliter, sc. πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστα.

Τρεῖς Ter] Hic enim numerus perfectionis erat apud *Pythagoreos*. Lege *Aristot.* L. I. c. 1. de coelo.

Πῆ παρεῖλην;] Conuertit *Ausonius* *Eclog.* de bono viro,

*Qua praetergressus?* - -

Sic enim rectius legitur, quam *quae*, aut, *quo praetergressus* etc. Habet enim prouerbii speciem orti a *Pythagora*: num is hunc versum crebro vsurpauit, hortari solitus auditores suos vt commemorarent illum, quotiescunque domum ingrederentur. Sic enim *Diogenes Laertius* in *Pythagora* p. 581. *Edit. Henr. Steph.* λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν ἑκάστοτε τοῖς μαθηταῖς, τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον εἰσιδῶσι,

Πῆ παρεῖλην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον ἔκ' ἔτελέσθη;

Prouerbii autem loco vsurpasse videtur *Plutarchus* *Libr. de Superstitione*: *Impios, quotiescunque res eis aduersae contigerint, scelerum suorum ea supplicia esse putare, et cogitare illud,*

Πῆ παρεῖλην; etc.

Hinc

Hinc illud apud *Ciceronem* Libr. de *Senectute* c. XI: *Pythagoreorumque more, exercendae memoriae gratia, quid quoque die dixerim, audierim, egerim, commemoro vesperi.* Eoque respicere videtur *Seneca* L. 3. c. 36. de *Ira*: *Animus quotidie ad rationem reddendam vocandus est.* *Faciebat, inquit, hoc Sextius, ut consummato die cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? qua parte melior es?*

Quibus ex locis intelligere licet, praecipuum huius versiculi, πῆ παρ' ἑβην; commemorandi tempus fuisse vesperi, cum irent cubitum: matutini vero temporis, cum expergiscerentur, non dissimilem fuisse meditationem, ex eo *Pythagorae* praecepto intelligi potest, quod profert *Hieronymus* in *Apolog.* III. adu. *Rufinum*: *Duorum temporum maxime habendum curam, mane et vesperi, id est, eorum, quae acturi sumus, et eorum, quae gesserimus.* Quin imo et hoc verum est, *Pythagoram* eiusque *Auditores* non modo mane et vesperi, sed et quolibet tempore sedulo sui habuisse curam, et sese examinasse, num et quomodo sese gesserint, ut animus tranquille nocturnam sentire posset quietem. Quod si amiserunt aliquid, quod tranquillitatem istam turbavit, statim ex eo tempore, occupantes quasi nocturnum tempus, illud emendabant; quare, si quando ira vel odio aduersus se inuicem exarserant, ante solis adhuc occasum, dextris mutuo datis et salutatione facta, reditum in gratiam conciliabunt. Vide *Omeisii* *Eth.* in *Art. Affect. regendis* p. 186. Quod pari modo imitatus est *Agatho*, qui nunquam sese in lectum contulit,



rulit, nisi prius sua, aduersus alios, et aliorum, aduersus se sedasset odia, quasi vna cum vestibis suis omnia depositurus. Quod et *Horatius* de se ipso testatur, quando L. I. Serm. Satyr. 4. v. 133. cecinit:

- - neque enim cum lectulus aut me  
Porticus excepit, desum mihi. Rectius hoc est:  
Hoc faciens, viuam melius.

Quamuis autem Pythagoras omni tempore examen conscientiae commendauerit, hoc tamen vespertino maxime exerceri iussit. Nam eo tempore strepitus mundanus non amplius auditur. Voces hominum articulate silent, et fortior lux, quae mentem etiam quandoque dispergit, a nostris oculis recessit. Hinc etiam ratio reddi potest, cur tempus vespertinum meditabundis commendetur. V. Diss. *M. Iani* de meditatione rite instituenda. Adeoque Pythagorei si mentis tranquillitatem considerant, quae non nisi vesperi obtineri potest, maluerunt facta dictaque diei eo ad examen reuocare quam alio, quo mens humana negotiis occupatur. Quare nos existimamus, Pythagoram ex hac ratione Examen vespertino tempore maxime instituisse. In illo autem examine inquirebant Pythagorei non solum in malum commissum, sed et in omissum bonum: in vtroque diuersum habebant scopum. Circa mala, curam simul de remediis adhibendis habebant; circa bona, studium confirmandi, excolendi, eorumque ope enitendi ad id, quod summum optimumque esset, sectabantur sedulo. Confer. *Schefferus* de natura et constitutione Philosoph. Ital. p. 9. Caeterum super doctrina hac de examine conscientiae Pythagorico vespertino *M. Christianus Augustus Rottb* Lipsiae 1708. Dissertatio.

tatio.

tationem euulgauit, ad quam lectorem ablegamus. Conf. etiam S. V. D. *Christoph. Wollius* in *Ecclef. Pharif. et Christ.* p. 268. seq.

Οὐκ ἔτελέθη] *Arrianus* in *Epicet.* L. 3. c. 10.

- - τί μοι δέον ἐκτετέλεσαι.

43. Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου] *Arrianus* loco citato, ἀρξάμενος δ' ἀπὸ τῆδε.

44. Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐκπλήσσει] Profert hunc locum *Clemens Alexandrinus* L. 1. c. 10. *Paedagogi* sui, atque ἐπιπλήσειν exponit νθετεῖν. Τὸ δὲ ἐπιπλήσειν καὶ νθετεῖν καλεῖται· τὸ δὲ ἐτυμολογεῖται, ἢ νθετήσις, νῆ ἐνθεματισμός· ὡς εἶναι τὸ ἐπιπληκτικὸν εἶδος, νῆ περιποιητικόν. Ἐπιπλήσειν siue increpare, inquit, etiam dicitur νθετεῖν. Cuius verbi ea notatio est c. 9. eiusdem libri, vt sit νθετήσις, quasi νῆ siue mentis ἐνθεματισμός, siue ingeneratio; ita vt species admonitionis eā, quae dicitur ἐπίπληξις, vim habeat, inserendi mentem siue sapientiam. Quod autem dixit ἐνθεματισμόν, idem vocauit ἐμπόησιν, definiens νθετήσιν ψόγον νῆ ἐμποιητικόν, vituperationem quae inserat mentem. In verbis autem *Clementis* τὸ δὲ ἐτυμολογεῖται, ἢ νθετήσις, νῆ ἐνθεματισμός, illud ἢ νθετήσις glossema est.

Quid autem sit ἐπιπλήσειν, docet *Clemens Alexandrinus* l. c. ἐπίπληξιν definiens ἐπιτίμησιν ἐπιπληκτικὴν· ἢ ψόγον πληκτικόν. Denotans ἐπιπλήσειν esse, quasi verberatione quadam rationum et verborum reprehendere. Profert hunc locum etiam *Arrianus* in *Epicetet.* l. c. et legit δειλὰ μὲν ῥέξας, ἐπίπλησσε. Sed vulgata lectio magis placet.

45. Ταῦ·

45. Ταῦτα πόνει] πόνει refert ad memoriam, quae laborat in praeceptis retinendis: ἐκμελέτα vero ad acumen siue docilitatem, qua percipimus et meditamur: ἔρα vero ad cupiditatem discendi, siue σπερδὴν ac φιλομάθειαν, et φιλόκαλον. Legendus Hierocles.

46. Θεῖης ἀρετῆς] *Diuinae virtutis.* Duplex enim virtus: vna quidem ἡρωϊκὴ siue Θεῖα, *heroica* siue *diuina*: altera vero ἀνθρωπίνη, siue *humana*. Vt est apud *Aristot.* ad *Nicomach.* L. VII. c. I.

Εἰς ἴχνια] τίθεσθαι εἰς ἴχνια [θεῖας ἀρετῆς, *in virtutis diuinae vestigiis collocare*, nihil aliud est, quam ὁμιῶσαι τῷ θεῷ siue *Deo similem efficere*. Simillimus autem Deo sapiens, siue virtute praeditus.

47. Ναὶ μὰ τὸν] Profert hunc locum *Plutarchus* de *Philosophorum decretis* L. I. c. 3. et *Macrobius* in *Somnium Scipionis* L. I. c. 6. sed paulo aliter, nempe, Οὐ μὰ τὸν etc. Ex quo intelligere licet, cum *Pythagorae* discipuli asseuerarent, iurare solitos Ναὶ μὰ τὸν ἀματέρᾳ etc. Contra vero cum quid negarent, Οὐ μὰ τὸν ἀματέρᾳ etc. Esse autem μὰ siue ναί, siue coniunctim μὰ ναί formulam asseuerandi: contraque ἔ μὰ negandi, copiose disputauit. *Eustathius* in *Homerum Iliad.* I. De caetero tantum adhuc monebimus *Sextum Empiricum* adu. *Mathematicos* p. 154. et *Iamblichium* de *vita Pythagorae* p. 146. hos etiam versus paulo aliter scriptos reliquisse vt supra iam obseruauimus. Cum itaque tam diuersa horum duorum versuum lectio sit, non mirandum est quod inde variae etiam enatae sint versiones, variaequae explicationes. Pleraque neruose  
et

et breuiter complexus est illustris Cancellarius a Mosheim ad Cutworthi Syft. intell. c. 4. p. 451.

Παραδόντα] Profert hunc locum *Plutarchus* l. c. et *Macrobius* ait, Pythagoreos iurare solitos τετρακτὸν siue *quaternarium*. Atqui non τετρακτὸν iurabant, sed παραδόντα τετρακτὸν, siue illum, a quo τετρακτύος siue *quaternarii* scientiam acceperant. Is vero Doctor eorum Pythagoras. Pythagoram itaque iuratum ab eis, recte ait *Sextus Empiricus* adu. Mathem. l. c. et interpres Hierocles. Sed pro *Plutarcho* et *Macrobio* responderi potest; si, propter quaternarii accepti beneficium, per Pythagoram iureiurando interposito res suas firmarunt, multo magis quaternarii ipsius iureiurando fidem suam adstringere potuerunt. Notum est enim illud *Aristotelis* L. 1. c. 2. de Demonstr. αἰεὶ γὰρ δι' ὃ ὑπάρχει etc. *semper ea res, propter quam alia existit, ipsa magis existat necesse est.*

Ἀμετέρα ψυχᾷ] Nota Dorismum in solis hisce versibus; cum reliqui omnes Ionismum habeant. Sed Ionica etiam dialecto usum esse Pythagoram, non tantum Dorica, inter caetera declarat apud Laertium Pythagorae ad Anaximenem Epistola Ionico idioma te scripta. Caeterum παραδιδόναι ψυχῇ μαθητῶν tradere discipulorum mentibus, hoc loco idem est ac διδάσκειν, docere. Nihil enim aliud est docere, quam menti tradere: et discere, nihil aliud, quam mente accipere. Itaque *Theodorus*, qui ex re cognomen tum traxit *Athei*, dicere solitus erat, τῇ δεξιᾷ τὸς λόγους ὀρέγοντος αὐτῆ, τῇ αἰριτέρᾳ δέχεσθαι τὸς ἀκροωμένους hoc est: *Cum ipse dextra manu sermones de philosophia traderet, a discipulis eos laeua manu*  
 appre-

*apprehendi*, ut est apud *Plutarchum* Libr. de Tran-  
quill. animi. Animae vero nostrae dixerunt Pytha-  
gorei, quoniam quaternarius animi numerus est.  
Qua de re paulo post dicendum erit plenius.

Τετρακτῶν] Explicatur hic locus a *Plutarcho* in  
Philosophorum decretis L. I. c. 3. hoc modo; Eos  
qui a Pythagora sunt Philosophos quaternarium iu-  
rare consueuisse, duabus de causis. Primum, quia  
*Pythagoras* eorum doctor omnia ex numeris, eorum-  
que inter se proportionibus constare dixerit. Prin-  
cipia vero prima rerum esse unitionem ac binarium;  
ac in illo quidem formae vim esse, in hoc vero mate-  
riae. Generatim autem, siue uniuersi numeri vim  
ac naturam esse denarium, quoniam ad hunc usque  
numerum simplices numeri sint, deinde autem rur-  
sus ab unione incipiendum esse. Denarii vero nu-  
meri vim esse in quaternario. Nam si quis nume-  
ros illos, qui sunt usque ad quaternarium  
adiunxerit, existet denarius hoc modo. 1  
Itaque ratione principii siue unitatis, siue 2  
re ipsa numerus uniuersus in denario est: vi 3  
autem, siue potestate, in quaternario. Al- 4  
tera vero, cur ita iurarent, causa fuit, quo- 10  
niam quaternarius esse videatur numerus  
animi humani. Quatuor enim his rebus constare  
animum, *mente*, *scientia*, *opinionem*, *sensu*. Quae in-  
strumenta quatuor iudicandi esse posuit *Aristoteles*  
L. 3. c. 3. de anima. Et *Hierocles* interpres ea vo-  
cavit κριτικὰς δυνάμεις, id est, *facultates iudicandi*.  
Quemadmodum vero *mens humana* similitudinem  
habeat unitatis, scientia binarii, opinio ternarii, do-  
cet *Plutarchus* l. c. et a nobis quoniam instituti ser-  
monis

monis ratio postulare videtur, paulo vberius declarabitur. Principio mens humana similis vnioni est, quoniam quae multa sunt extra mentem, ea cogitatione siue mente vnum fiunt: vt multi homines singulares sunt in natura, *Coriscus, Alexander, Clinias*, et caeteri; sed vnum est, et communiter in omnes praeditos specie figuraque humana conueniens, quod mente percipitur, natura quae definitione declaratur, siue animal capax rationis ac disciplinae. Quare vt natura hominum est vna: ita *quaecunque est hominis definitio, vna in omnes valet*, vt inquit *Cicero* L. I. de Legibus. Scientia vero binarii speciem habet, quoniam binarius, vt *Pythagoras* dicebat, numerus est infinitatis: scientia vero a rebus certis et confessis progreditur ad incertas et dubitatione quasi infinitas. Nihil enim aliud est ἀπόδειξις, siue argumentatio, quam *ratio*, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit; vt positum a *Cicerone* in *Lucull.* ad exemplum, vt videtur, Stoicorum; a quibus non dissimilis expressa definitio est apud *Diog. Laertium* in *Zenone* Ἀπόδειξις ἐστὶ λόγος; διὰ τῶν μάλλων καταλαμβάνομένων, τὸ ἦν τὸν καταλαμβάνόμενος, περὶ πάντων.

Opinio persimilis ternarii est. Nam opinio non minus varia est ac multiformis quam *Proteus*: ternarius vero primus est numerus, qui denotet multitudinem. Vnde illud sermonibus tritum, *Terque quaterque*, id est, *saepius*, vt apud *Horatium* L. I. *Carm. Od. 31. v. 13.* *Propertium* L. III. *Eleg. VI. v. 6.* *Tibullum* L. III. *Eleg. III. v. 26*:

O mihi felicem terque quaterque diem.

*Virgi-*

*Virgilium* L. II. Georg. v. 399.

Terque quaterque solum scindendum,

Et L. I. Aeneid. I. v. 94.

- - o terque quaterque beati,

Queis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis  
Contigit oppetere.

Et apud *Homerum*,

Τρεῖς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις.

Atque hae fere sunt rationes *Plutarchi*.

Cur autem quaternarius numerus cum sensu comparetur, nihil a *Plutarcho* commemoratum; nisi, quod equidem suspicamur, in libro eius lacuna est. Videri autem potest, quaternarium numerum cum vi sentiendi in eo conuenire, quod sicut quaternarius vnitate, binario, ternario posterior est; sic perceptio sensuum posterior est mente, scientia, opinione, non quidem in rudi siue naturali, sed in artificiosa, et limata cognitione, quae propria est philosophorum. Praeterea sensus et quaternarii similitudo ex eo sumi potest, quod perinde vt vi ac facultate in quaternario continetur vnio, binarius, ac ternarius: sic mentem, scientiam, et opinionem, affirmare licet potestate quodammodo inesse in vi sentiendi, non aliter quam eae res in principio esse dicuntur, quae de principiis ceu fonte profluunt. - *A sensibus enim, quasi principiis, omnis proficiscitur cognitio.* Itaque *Cicero* de Finibus bonorum et malor. L. I. c. 19. *Quicquid, inquit, animo cernimus, id omne oritur a sensibus.* Sic *Summus Aristoteles* L. 3. c. 4. de anima, mentem absque sensu ait videri esse ὡσπερ

γραμματεῖον, ὃ μηδὲν ὑπάρχει ἐνδελεχεία γε-  
 γραμμένον id est, *quasi tabellas, in quibus nihil adhuc*  
*perscriptum fuerit, sed perscribi omnia possint.* Nam  
 facultatem illam recipiendi omnia declaravit Aristo-  
 teles adiectione verbi ἐνδελεχεία. Neque dissimili  
 ratione posuit in praeceptis de Demonstratione L. I.  
 c. 8. *Eum, qui sensu aliquo sit orbatus, sententia rei*  
*alicuius carere necessario.* Haec est *Plutarchi* eo  
 quem citauimus loco, sententia de Pythagoreorum  
 quaternario.

Sed *Plutarchus* idem Libro de Platonis Timaeo,  
 longe aliter numerum quaternarium siue τετρακτὸν  
*Pythagorae* declarauit: scilicet quaternarii nomine  
 intelligi numerum XXXVI, quia is numerus conti-  
 neat in se quatuor primos numeros pares, et qua-  
 tuor numeros primos impares. Primi vero numeri  
 pares, binarius, quaternarius, senarius, octonarius:  
 impares vnio, ternarius, quinquarius, septenarius.  
 Quibus ita sumtis, vt infra posuimus, existit nume-  
 rus XXXVI. Nam posita numerorum serie duplici,  
 vna parium, altera imparium, si coniungantur supe-  
 riores cum subiectis, numerus XXXVI elicietur hoc  
 modo,

$$\begin{array}{cccc} \begin{array}{l} 1 \\ 2 \end{array} ) 3 & \begin{array}{l} 3 \\ 4 \end{array} ) 7 & \begin{array}{l} 5 \\ 6 \end{array} ) 11 & \begin{array}{l} 7 \\ 8 \end{array} ) 15 \end{array}$$

His ergo numeris 3, 7, 11, 15, collectis ad sum-  
 mam, is erit numerus XXXVI.

Atque hoc est, quod *Plutarchus* θαυμαστόν, id  
 est, *admirabile* vocabit, collectio scilicet quatuor nu-  
 merorum, qui primi sunt pares atque impares.

*Hiero-*



*Hierocles* autem aliter τετρακλὺν siue quaternarium exponit. Nam auctore *Pythagora* in sacro sermone siue ἱερωῶ λόγῳ, tetradem siue quaternarium esse Deum ipsum, μεγάλην δύναμιν, magnam vim. Clarissimus *Seldenus*, qui ab *Hugone Grotio* ornamentum Anglorum sui temporis vocatus, nullus dubitat *Libr. de Dis Syris Syntag. II. p. m. 209.* statuere, per τετρακλὺν designari sacrosanctum Dei nomen Iehova, quod τετραγράμματος v̄sitate dicitur.

Pari ratione et *Godofredus Wendelinus* *Diss. Epist. de tetracty Pythagorae*, quam Louanii 1637. 4. euulgauit, hanc Pythagorae tetractyn nihil aliud significare coniectat, quam nomen Dei τετραγράμματος, quam eius haeresin itidem calculo suo approbat *Petrus Daniel Huetius* *Demonstr. Euangel. Propos. VI. p. m. 414.* Cui sententiae licet alii viri docti suffragentur; lubrico tamen innititur fundamento, cum incertum admodum; imo si alios audiamus, falsum sit, Pythagoram ab Ebraeis aliquid accepisse. Addenda, quae de tetracty itemque de numero ternario et septenario disputant *Thomas Burnetius* *Archaeol. Philosoph. L. I. c. XI. p. 426.* et *Eberhardus Weigelius*, cuius extant varia super hoc argumento opuscula, diuersis temporibus edita. Vid. *Morhofii* *Polyh. T. II. L. I. c. 2. §. 4.*

*Proclus* vero in *Timaeum* L. 3. per τετρακλὺν intelligit quatuor naturas: vnam proprie adspectabilem siue ὄρατὴν, sc. aethera: alteram ἀπλὴν siue quae tactu percipi possit, nempe terram: medium autem esse τὸ διαφανὲς siue perlucens, idque duplex; vnum terrae vicinius, siue aquam; alterum igni propius, siue aërem. Atque hanc τετρακλὺν a

*Pythagora* intelligi constabit ex iis, quae in versu sequenti ad verbum *Φύσεως* dicturi sumus.

*Sextus Empiricus* tamen c. 20. adu. Mathematicos, vt *Plutarchus*, quaternarii nomine denarium intelligit. Et *Athenagoras* in Apolog. qui etiam adiungit quendam de Pythagorae schola, cuius nomen apud ipsum in litura est, denarii nomine intelligit naturae totius vniuersitatem. Nam Deum esse id, quo numerus is superetur, qui maximo numero praecurrit. Maximus vero numerorum denarius, proximus huic nouenarius, qui a denario superatur vnitatem. Vnitas igitur Deus est. Nouenarius autem est natura, quae Deo paret, atque vt inquit *Cicero* de Republ. *Nouem orbibus vel potius globis connexa est.*

Postremo *Suidas* in verbo *τετρακτὺς* quemuis numerum a Pythagoreis *τετρακτὺν* vocari ait, quoniam denarius sit numeri perfectio. Denarii autem vis cerni possit in quaternario.

48. Παγὰν] Fontem totius naturae vocauit *τετρακτὺν*, quoniam *τετρακτὺς* siue *quaternarius* ex vnitatem profluxit, ex quaternione denarius, qui numerus omnium rerum summa est. Sic enim *Pythagorei* in hymno quodam apud *Proclum* L. II. in *Timaeum* et Libr. III. ὁ πᾶς ἀριθμὸς μονάδος ἐκ κενθμῶνος προῆλθε,

Τετραὰδ' ἐπὶ ζαθέην, ἣ δὴ τέκε μητέρα πάντων  
 Ἀτροπον, ἀκαμάτην, δεκάδα, κλείσει μιν ἀγνήν.  
 hoc est: Numerus vniuersus ex latebris vnitatis  
 prodiit,

*Exstitit*

*Exstitit aeternus donec quaternio, matrem  
Qui genuit rerum immotam, expertemque laboris:  
Quam decadem castam dicunt.*

Ergo quod in illo Pythagoreorum hymno dicitur tetradis filiam esse decadem, hanc vero matrem esse vniuersitatis; idem, vt inquit *Proclus* L. III, hoc loco intelligi debet, cum *τετρακτὺς* siue *τετρας* dicitur *πηγὴ ἀεννάε φύσεως*, *fons sempiternae naturae*. Quid autem Pythagorei vnitatis, quaternarii et denarii nomine intelligi velint, in antecedenti versu satis declaratum fuit. Scilicet vnitatem Deum esse; quaternarium ignem, terram, aërem, aquam; denarium vero naturae totius vniuersitatem. Vnitatis nomine autem a Pythagora Deum intelligi docet *Iustinus Martyr* in *Paraenetico*, proferens verba ipsa Pythagorae.

*Ἀεννάε Semper fluentis*] Nam *ἀένναον* est *ἀεὶ νόον*, id est, *semper fluens*, siue redundans. Est enim, vt inquit *Eustathius* in *Odyss.* IX. *νάεν τὸ πεπληρωῶθαι, ὡς καὶ ἔξω ῥέειν*. ita plenum quippiam esse, vt redundet. Itaque siue ad *πηγῆς*, id est *fontis*, siue ad *φύσεως*, id est *naturae*, nomen respiciamus, planissime conuenit adiunctio verbi *ἀένναος*. Est enim propria naturae quasi fontis cuiusdam profluentia. Rectius autem *ἀένναος* quam vt est in aliis editionibus *ἀιένναος*. Nam apud *Plutarchum* L. I. c. 3. de *Philosoph. Decretis*, et alios, a quibus hic versiculus citatur, est *ἀένναος*, sed imperiti scripserunt *ἀιένναος*, nempe vt fulcirent versum.

*φύσεως*] Concinnius fortasse Ionice *φύσιος*. Verum hoc quidem leuis momenti est: illud grauius,

quod *Plutarchus* L. I. c. 3. de Philosophorum decretis aliter hunc versum citauit:

Παγὰν ἀενάῃς φύσεως ῥιζώματ' ἔχουσαν  
*Naturae fontem aeternae, radicibus aptum.*

Per ῥιζώματα vero intelligit quatuor naturas, aetheream, terram, aërem, ignem, vt ex *Empedoclis* carmine intelligi potest, qui apud *Plutarchum* l. c. enumeraturus quatuor fluentium rerum principio, sic exorsus est:

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκβε.  
*Naturae primum radices quatuor audi.*

Deinde subiungit, Iouem, Iunonem, Orcum, et vterum: Iouis, vt inquit *Plutarchus*, nomen vsurpans pro aethere, Iunonis pro aëre, Orci pro terra, vteri pro aqua. Ergo discipulus aliquis Pythagorae, qui carmen hoc edidit, versiculos illos praeceptoris sui truncatos, vt videtur, ad institutum suum deflexit.

49. Τελέσαι] Nam vt *Homeri* prouerbium habet *Iliad.* XIX. v. 90.

- - Θεὸς πάντα τελευτᾷ;  
 Deus omnia perficit.

De quo *Eustatbius*. Copiosiore huius versiculi explicationem vide apud *Stollium* *Histor. Philosoph. Moral. Gent.* p. 223. seq.

51. Σύσασιν] Σύνταξιν τῆς ὅλης, vt exposuit *Hierocles*, hoc est, constitutionem totius naturae vniuersitatis. Sic *Plato* in *Timaeo* dixit σύσασιν κόσμος. Et auctor libri de mundo ad Alexandrum, κόσμος ἐστὶ σύσασιν etc. Ἐθροισμα, συναγεργμός, σύσασιν, *Iulio Polluci* *Synonyma*. Pollicetur itaque *Pythagoras* fore,

fore, vt his praeceptis parentes, totius naturae, id est, rerum diuinarum ac humanarum scientiam adipiscantur.

Ἡ τε ἕκαστα διέρχεται, *Quatenus quicque progreditur*] Quam late pateat cuiusque rei vis ac natura; vt hominis naturam patere latius quam stirpis aut pecudis, siue hominem praecellentiorum esse rebus iis, quae carent ratione.

Ἡ τε κρατεῖται *Quatenus quicque coërcetur ac superatur.*] Siue quanto cuiusque rei natura minus late fusa sit, quam alterius. Vt natura Deorum superat humanam; ac in ipso Deorum genere tres illi sunt gradus, de quibus supra copiosius commemoratum est, nempe coelestium, heroum, ac terrestrium, siue daemonum. Itaque his verbis διέρχεσθαι et κρατεῖσθαι, exprimitur vniuersae naturae quasi descriptio sursum ac deorsum. Nimirum διέρχεσθαι siue progredi et peruenire sursum, vt a mistis naturis siue imperfectis, ad stirpes; a stirpibus ad pecudes; a pecudum genere ad homines; ab hominibus ad heroes; ab heroibus ad superos siue coelestes. Retró contraque κρατεῖσθαι siue superari deorsum, a coelestibus heroum genus; ab heroibus homines; ab hominibus pecudes; a pecudum genere stirpes; a stirpibus imperfecta.

52. Φύσιν περὶ παντὸς ὁμοίην. *Naturam ex omni parte sui similem esse*] Siue naturae partes omnes rata quadam portione contineri. Hoc autem Pythagorae decretum apud *Diog. Laertium* in Pythagora, sc. κατ' ἀρμονίαν συνεσάναι τὰ ὅλα, id est, *omnem naturam harmonia, siue rata portione, cohaerere.*

*vere.* Nam et imperfectae naturae, stirpium; et stirpes, pecudum; et pecudes, hominum; et homines, heroum; et heroes coelitem societate quadam, et quasi agnatione tenentur. Itaque Φύσιν ὁμοίην dixit pro ἀνάλογον, ut Cicero L. 3. de Orat. et Top. ad Trebat. eum quae Graece ἀναλογία dicitur, Latine conuertit similitudinem, cum translationem optimam esse ait similitudinis, h. e. analogiae.

Ἡ δέμιν ἐσι] Θεσμῶν siue νόμῳ δημουργῶ, iuxta legem dei supremi. De qua principio dictum est - νόμῳ ὡς διακένται, ordine legis.

53. Ὡσε σε μήτε] Nam qui res omnes conditione ac lege naturae metitur, is neque inani spe ducitur, neque rerum ignoratione fallitur. v. c. non sperat se, cum sit homo, demum fieri posse, ut alis subleuari in coelum, quia intelligit neutrum fieri posse: neque inscientia et ignoratione obcaecatus falsa pro veris, vitia pro virtutibus, quasi Ixion aliquis nubem pro Iunone amplexatur.

Ἄελπι' ἐλπίζειν] Non speranda sperare. Sic Horatius Libr. IV. Carm. Od. VII. v. 7.

*Immortalia ne speres monet annus, et alium  
Quae rapit hora diem.*

54. Γνώση δ' ἀνθρώπου] Profert hunc locum Chrysippus apud Aulium Gellium Libr. VI. c. 2. et habent quaedam editiones γνώσει.

Ἄυθαίρετα πῆματα] Ἐπισπασὰ κακὰ, ut loquitur Homerus agens de Iro Odyss. 18. v. 72. Sic νόσος ἀυθαίρετος dixit Euripides in Bellerophonte apud Stobaeum, et Menander in Canephorο ἀτυχήματα ἀυθαίρετα, apud Stobaeum eundem. Homerus

*merus* etiam Odyss. I. v. 34. ἄλγεα ὑπὲρ μόρον, id est, *aegritudines praeter fatum*. Quibus contrariae δαιμονία τύχαι, de quibus supra occasione v. 17. commemoratum est. Idem θεήλατοι συμφοραὶ apud Euripidem, id est, ut Cicero Tuscul. Quaes. Libr. IV. c. 29. conuertit, *ira coelitem iniecta mala*, et νόσοι θεήλατοι apud Sophoclem in Phaedra.

Ἔχοντας] Nonnullae editiones Auli Gellii, ubi Libr. 6. c. 2. Chrysisippus, ut iam paulo ante diximus, hunc locum profert, legunt ἐλόντας; quae lectio inepta est. Nam est imitatus auctor huius carminis illud Homericum ex Odyss. 18. v. 72.

- - ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Et inconcinna repetitio est, ἐλόντας αὐθαίρετα. Verbi enim ἐλεῖν vis est in nomine αὐθαίρετος.

55. Ἀγαθῶν] Bona intelligit virtutem ac veritatem, ut recte Hierocles.

Πέλας ὄντων] Cum bona in propinquo sint. Respicere videtur Poëta hoc loco ad sententiam illam Philosophorum, mala esse aduentitia, bona vero nobis ingenerata esse a natura. De qua interpres in Hippolytum Euripidis, καὶ οἱ φιλόσοφοι διδάσκουσιν λέγουσι, τὰ κακά φυσικά δὲ τὰ ἀγαθὰ. Et Philosophi mala doceri posse aiunt, bona vero insita esse a natura. Et Iohannes Tzetzes in Hesiodum, πάντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ σύμφυτα τοῖς ἀνθρώποις ἐπίκλητα δὲ τὰ φαῦλα, hoc est, Bona omnia nobis ingenerata esse: mala vero esse aduentitia. Eaque de re Cicero Prooemio 3. Tuscul. et Libr. 1. de Legibus cuius etiam illud est in Dialogo de Partitionibus Orat. Est genus hominum ad honestatem natum etc.

Οὐκ

Οὐκ ἐσορῶσι] Ἐσορῶν hoc est, *videre*, ad inuentionem refert; κλύειν vero, siue *audire*, ad perceptionem rerum earum, quas dixerint alii. Declarat enim quosdam esse tam ab omni laude et honestate auersos, vt neque ipsi per se bona dispicere possint; neque aliorum praecepta intelligere curent, aut seruire. Quos *Hesiodus* Libr. I. Oper. et dier. v. 401. vocauit ἀχρηΐς siue *inutiles*. Et *Minucius* apud *Liuium* Libr. XXXII. *Qui*, inquit, *nec ipse consulere scit, nec aliis parere scit, extremi ingenii est.*

56. Ὅυτε κλύεσι] Sic de multitudine imperitorum *Sappho* apud *Athenaeum* Libr. X.

Ὁ δῆμος ἔδεν ἔτ' ἀκέων, ἔθ' ὄρων.

*Vulgus nihil quicquam videns, neque audiens.*

Λύσιν δὲ κακῶν *Solutionem*, siue *liberationem a malis*] Intelligit commentationem mortis, siue mortem Philosophicam, qua, vt *Cicero* Libr. I. *Tusc.* inquit, *secernimus a corpore animum*. Sic *Plato* in *Phaedone* eiusmodi mortem vocauit λύσιν καὶ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ τῆς σώματος, *solutionem seiunctionemque animi a corpore*. Item κάθαρσιν siue *expiationem*. Legendus *Cicero* Libr. I. *Tusc.* et *Seneca* *Epist.* 81.

Παῦροι] Pauci eam solutionem siue id mortis genus intelligunt, quippe Philosophi tantum siue sapientes. Imperiti vero mortem vocant eam, qua corpus interit, quam Philosophi e contrario viam vocarunt ad vitam. Itaque *Porphyrius* apud *Stobaeum* mortem illam priorem θάνατον τῶν φιλοσόφων vocauit, siue mortem Philosophorum: posteriorem autem siue naturalem vocauit συγγνωσμένην,  
id



id est, *cognitam*, scilicet vulgo. Quare cum sapientes pauci sint, sapientibus vero solis ea mors cognita sit, quam *Plato* in *Phaedone*, μελέτημα τῶν φιλοσόφων, id est, *commentationem Philosophorum*, *Pythagoras* λύσιν κακῶν, id est, *malorum solutionem* vocavit, merito pauci hoc genus mortis intelligere dicuntur.

57. Τόμη μοῖρα] *Tale fatum*; scilicet vltro accersitum, siue αὐθαίρετον. Nam per acclamationem vituperat illos, qui cum sceleritate atque impie fecerint, Deum auctorem fuisse aiunt. Vt ille apud *Terentium* in *Eunucho* virgine stuprata nequissimus adolescentulus, *Quid sit*, inquit, *hoc quisquam voluit Deus?* Et ille apud *Plautum* in *Aulularia* stipes, in re simili, *Deus*, inquit, *impulsor fuit*. Quare *Iupiter* *Homericus* *Odyss.* I. conqueritur se ab hominibus accusari, quasi omnibus eos malis oneret, cum ipsi molestiis ac miseriis sese implicent. Vbi legendus *Eustathius*.

Οἱ δὲ κυλίνδροις] Hinc *Chryssippi* comparatio sumpta esse videtur de *Cylindro*, in disputatione de fato, apud *Ciceronem* *Libro de fato* et *Aulium Gellium*. Sed *Alexander Aphrodiensis* in libro de fato comparationem illam vt absurdam reprehendit. *Cylindri* autem videntur intelligi posse rerum vicissitudines, similes volutionibus cylindri. Quas vicissitudines *Poëtae* vocarunt rotam fortunae. Eas vero mutationes *Pythagoras* existere ait errore hominum imperitorum, cum sapientes talium volutionum sint expertes. Sed omnino volutiones potius intelligendae animorum in alia atque alia corpora migrationes, quousque ab omni contagione corporis expiatae sint. Quo sensu sub finem huius carminis adiun-

adiun-

adiungit, ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα· Κυλίνδρος itaque intelligit, quem κύκλον ἀνάγκης vocatum a Pythagora inquit *Diogenes Laertius*. *Virgilius* temporis orbem *Libr. 6. Aeneid.* Item *Rotam* - - *vbi mille rotam voluere per annos etc.* Si tandem solutus ab omni corpore in coelum perueneris etc. Itaque ne *Hierocles* quidem satis plane, qui κυλίνδροις, καταγωγῶσι πράξεσιν, id est, actionibus a coelo auertentibus, exposuit. *Cylindri* vero nomen etiam usurpauit *Cicero* *Libr. de fato et Libro II. de Natura Deorum*, inopia scilicet verbi Latini. Et *Virgilius* *Libr. I. de Georg.* vbi de *Cylindro* *Seruius*.

58. Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαι] *in aliud atque aliud corpus.* Sententiae huius originem ab Aegyptiis repetendam, diserte testatur *Herodotus* *Libr. II. c. 23.* πρῶτοι δὲ, inquit, καὶ τόνδε τὸν λόγον Ἀιγύπτιοι εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπος ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· τὸ σῶμα δὲ καταφθίνοντος, εἰς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσθύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πτεῖνα, αὐτὸς εἰς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσθύει· τὴν περιείλησιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τριχιλίοις ἔτεσι. Latinam versionem hanc damus: *Aegyptii primi extiterunt, qui dicerent, animam hominis esse immortalem, quae de mortuo corpore subinde in aliud atque aliud corpus, ut quodque gigneretur immigraret; atque vbi per omnia se circumtulisset terrestria, marina, volucra, rursus in aliquod hominis corpus genitum introire; atque hunc ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia.* Videtur equidem, ex hisce *Herodoti* verbis colligi posse, ac si Aegyptii primi etiam fuerint, qui, animam hominis immortalem esse, docuerint; sed

sed

sed haud infrequens apud veteres est, ut doctrinam de immortalitate animae cum μετεμψυχώσεσιν confundant. Patet autem ex hocce *Herodoti* testimonio, errare *Diogenem Laertium* quando Pythagoram primum sententiae istius de animarum transmigratione auctorem facit. Sic *Laertius* πρῶτόν τε φασιν τὸν Πυθαγόραν φῆναι τὴν ψυχὴν; κύκλον ἀνάγκης ἀμείβεσθαι, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδείξασθαι ζώοις. Primum ferunt Pythagoram fuisse qui diceret animam obire necessitatis orbem, et in alia atque alia corpora migrare. Hoc tamen nonnulli ita admittendum putant, quod *Pythagoras* primus sententiae istius apud Graecos auctor extiterit. confer. *Thomas Aldobrandinus* ad *Laertii* l. c. et *Ioh. Schefferus* de natura et Constitut. Philos. Ital. p. 25. Non tantum autem animarum transmigrationem adseruit *Pythagoras*, sed aliis etiam persuadere voluit, sibi plane constare, Aetalidae animam in Euphorbum migrasse, Euphorbi in Hermotimum, huius in Pyrrhum, Pyrrhi in Pythagoram. Refert hoc *Diogenes Laertius* Libr. VIII. p. 569. seq. add. *Iamblicus* de vita Pythagorae c. XIV. p. 48. *Porphyrus* de vita Pythagorae p. 32. Quod si reuera dixit et proprie intellexit, aut stultum; aut impostorem eum fuisse oportet. Ita tamen hos accipi posse, quod exemplo quodam declarare voluerit, quo pacto μετεμψύχωσις perageretur, ostendit immortalis *Buddeus* Observation. Selectar. ad rem litterariam spectantibus T. II. Obs. X. §. 17. p. 227. Quemadmodum autem ipsum illud μετεμψύχωσεως dogma valde παράδοξον, imo absurdum videtur; ita extiterunt viri quidam docti, qui illam Pythagorae sententiam allegorico sensu inducere

ducere

duere voluerunt, quorum praecipuos recenset *Godofredus Olearius* Vir summus et Lipsiensis Academiae quondam decus, in Diss. de Philosophis exosis §. 32. Quo pertinet *Gabr. Naudaeus* in Apologia pro Magiae accusatis p. 175. *Ambrosius Rhodius* in dialogo Hafniae 1638. in 8uo edito de transmigracione animarum Pythagorica, quomodo eadem concipi et defendi possit, cuius summam exhibet *Christophorus Augustus Heumannus* in Actis Philosophor. P. XI. p. 787. seq. et *Whitelockus Bulstrodeus* in Conatu Physico, Anglice Londini 1692. in 8. edito de eo, quomodo Pythagorae doctrinae de μετεμψυχώσει defendi possit. Ille vero sibi persuadet, Pythagorae de migratione animarum in alios homines sententiam de anima vegetatiua et sensitiua intelligendam esse, alteram vero illam in animalia eo tantum consilio confictam esse, vt a vitiis deterrerentur homines. In diuersum non abit *Claudius Delle* Ordinis Dominicanorum socius, qui in Libro Anglicano de antiquitatibus Status Monastici Libr. IV. P. I. c. 1. arbitratur μετεμψύχωση illam Pythagoricam eo tantum spectasse, vt discipuli a victus deliciis eo facilius abduci possent, quam in rem aliorum sibi ὁμοψήφων testimonia adducit. At enim cum opinio haec vel exigua, vel nulla verispecie se commendet, facile assentimur illis, qui cum *Paganino Gaudentio* in Exercitatione de transmigracione animarum Pythagorica Pisis 1641. edita, dogma hoc eo, quem verba prae se ferunt, sensu accipiendum putant. Nec audiendus videtur *Iob. Baptista Crispus*, qui de Philosophis caute legendis p. 446. seq. dogma hoc Pythagorae falso tribui opinatur, cum eius exemplo tot alii

alii

alii Philosophi, imo integrae gentes hoc placitum assensione sua comprobauerint: de quibus legi potest *D. Iob. Schmidii* Exercitatio Theologica de multiplici animarum reditu in corpora Lipsiae 1699. edita, et opposita eiusdem sententiae patrono recentiori *Francisco Mercurio van Helmont* in quaest. 200. de reuolutione animarum, quam etiam defendere videtur *Iob. Franc. Buddeus* Observation. selectar. ad rem litterariam spectantibus T. V. Obseru. XIII. p. 423. Iudaei nominatim, quod mirandum est, non alieni fuerunt ab illa opinione: vid. *Pauli Slenogti* Disp. de μετεμψυχώσεις Iudaeorum Ienae 1651. habita. *Petrus Pichius* in Stolte dottrine degli Evrei, Romae 1625 et 1640. editis, inter quas hanc, de qua agitur, opinionem speciatim commemorat et confutat: item *Humfredus Hody* in Tract. Anglice scripto de resurrectione eiusdem corporis vindicata p. 78 - 87. *Addisonius* in Libro Anglic. de praesenti statu Iudaeorum in Barbaria et denique *Iob. Seldenus* de Successione Pontificum p. 111. seq. Pharisaeis nominatim eam tribuit *Iosephus* de Bello Iudaico Libr. II. c. 7. et Antiqu. Iudaic. XVIII. 2. quam *Hodus* l. c. demum post Seruatoris nostri tempora obtinuisse p. 82. putat dissentientibus recte *Munstero*, *Maldonato*, *Drusio* et *Grotio*, qui cum ante Christi tempora iam receptam fuisse censent. vid. *Grotius* ad Mθ. XVI. 14. *Richardus Montacutius* Apparatus ad Orig. Eccles. p. 260. et *Abrahami Sculteti* Exercitatus. Euangel. L. 2. c. 24. Dogma hoc confutauit *Balthasar Bebelius* singulari Exercitatione Argentorat. 1675. edita.

Ἀπείρονα πῆματ' ἔχοντες ] Ἀπείρονα, ἄνευ  
πέρας. Mala, quae nunquam finiuntur, quia scilicet

licet λύσις κακῶν, id est, *malorum solutionem* nesciunt. Nam ii, quibus solutio illa cognita est, nempe sapientes, non perpetiuntur mala sempiterna, sed in aethera purum e corporibus emigrant. Qua de re infra occasione versus 70.

ἦν δὲ ἀπολείψας σῶμα - -

59. Λυργή γὰρ ἔρις] Contentio rationis et appetitus. De qua *Empedocles*, apud Hieroclem agens de homine, inquit,

- - Φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης  
Νείκει μαινομένῳ πίσυρος - -

- - patria coelesti pulsus, et erro,  
Quo furiosa rapit contentio, fertur - -

Quem locum etiam citavit *Plotinus* c. 1. L. 8. *Enneadis* 4.

Βλάπτεισα λέληθε] λεληθότως βλάπτει, *Latenter nocet*. Namque inscientibus nobis quasi obrepunt perturbationes.

60. Σύμφυτος] Contentio enim illa penitus insita est animis a natura. Vt sentit *Pythagoras* et *Plato*. Legendus *Plotinus* L. 8. et *Virgil*. *Aeneid*. 6. Sed utrum ex animo an corpore lis ea nascatur, quaestio est. Profani ex corpore putant; Christiani ex animo eam existere. Legendus *Augustinus* de ciuitate Dei Libr. 14. c. 3.

Ἐικοντα δὲ φεύγειν] Fugiendam esse contentionem illam cedendo, scilicet rationi. *Ita ut ratio praesit, appetitus obtemperet*, ut est apud *Ciceronem* Libr. 1. de officiis. Qualis *Tiberii* peruersitas, qui  
exci-

*excitare solitus libidines deficientes. teste Suetonio in Tiberio c. 43. p. 196. Edit. Ioh. Augusti Ernesti.*

61. Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε.] Legendum esse videtur Ζεῦ πάτερ, ἢ πολλῶν γε. Sententia enim est, *Iupiter pater, sane multis malis homines liberaris, si planum eis feceris quali daemone utantur.* Atque ita legisse Hieroclem, ex interpretatione eius facile intelligitur. Itaque et in sequente versu legendum esset εἰ πάσιν - -

62. Ὅτι τῷ δαίμονι χρῶνται] Ὅτι ψυχῇ, *quali mente, siue animo, ut recte Hierocles.* Sententia vero est, omnes fore beatos, si mentem suam siue animum, id est, seipsum nouerint. Mentem vero daemonem siue genium appellari a Philosophis, intelligimus ex *Aristotele c. 3. Libr. 2. Top. καθάπερ*, inquit, *Ξενοκράτης φησὶν; εὐδαίμονα εἶναι τὸν τὴν ψυχὴν ἔχοντα σπυδαίαν. Ταύτην γὰρ ἐκάστω εἶναι δαίμονα.* hoc est, *Quemadmodum Xenocrates ait, εὐδαίμονα illum, cui mens bona sit: hanc enim esse cuique daemonem.* Quo respexit *Apuleius Libro de Deo Socratis.* Nonnulli, inquit, *arbitrantur εὐδαίμονας dici beatos, quorum daemon bonus est, id est, animus virtute perfectus est, quem possis genium vocare.* Sic apud *Stobaeum, οἰνοπίδης ἔπε τὸν νῦν παρὰ τὸν δαίμονα τοῖς μὲν πεπαιδευμένοις ἀγαθῶν. τοῖς δὲ ἀπαιδευτοῖς, κακῶν*, hoc est, *Oenopides dicere solebat mentem genium esse, hominibus quidem doctrina liberaliter informatis felicitatis causam; auersis autem a doctrina, infelicitatis.* Neque dissimile illud *Heracliti apud Stobaeum: Ἡρακλειτος ἔφη, ὡς ἡθος ἀνθρώπου δαίμων.* *Heraclitus dicere solitus erat, suos cuique mores genium esse.*

Iam vero nosse mentem suam idem esse, quod Apollinis praecepto imperatur, nempe ut nos ipsi norimus, docet *Plato* in *Alcibiade I.* *Xenophon* Libr. IV. de *Vita Socratis*, et *Cicero* Libr. I. *Tusc.*

63. Ἀλλὰ σὺ θάρσει Tu vero fac habeas fortem animum] Tametsi enim est perdifficilis animi sui notitia, tamen qui deorum quasi gente et agnatione homines tenentur, natura eos diuina quasi manu ad notitiam sui perducit. Animi vero sui notitiam perarduum quiddam esse docet *Plato* *Alcibiade I.* ubi seipsum nosse, fatetur esse παγχάλεπον, id est, perdifficile.

Θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν] Quod *Pythagorae* decretum est apud *Diogenem Laertium*, Ἀνθρώπων εἶναι πρὸς θεὸς συγγένειαν, id est, *Hominem praeclare quadam conditione generatum esse a supremo Deo.* ut *Cicero* loquitur Libr. I. c. 7. de *Legibus.* vide eius *Opera* Volum. IV. p. 742. Edit. *Ioh. Aug. Ernesti.* Idcirco *Philo* homines esse ait, μίμημα καὶ θεῶ ἀπεικόνισμα, *imago, siue effigies Dei.* *Plato* φυτὸν ἐραίνιον, *plantam coelestem.* *Horatius* Serm. L. II. *Satyr. II. v. 29. diuinae particulam aurae.*

64. Ἱερὰ φύσις] τὸ θεῖον siue θεός, a quo laudandarum rerum omnis scientia fluit. *Philo* νῆς καὶ λόγος, *mens et ratio, sc. τὸ τῆς ψυχῆς ἀρίστον εἶδος, id quod in anima praestantissimum est: cuius filiae ἐπιστήμη καὶ ἀρεταί, scientiae et virtutes.* *Hierocles* tamen Ἱερὰν φύσιν *Philosophiam siue sapientiam* voluit intelligi. Verum ipse paulo post a se dissentiens nobiscum facit. Aliorum autem errata persequi piget.

Ἐκαστα]



Ἐκάστα] τὰ δέοντα, vt recte Hierocles. Omnes officii numeros, aut omnia quae necessarii sunt ad animi sui notitiam.

65. Ὡν εἰ σοὶ τι μέτεσι] Quorum si vlllo modo es participes, rerum scilicet earum, quas natura divina siue Deus mentibus humanis inserit. Hoc est, nisi plane bona ante pedes posita neque cernere neque audire velis.

Κρατήσεις ὧν σε κελεύω, Ἐξακέσας. Compos fies voti, morbis animi, vt impero, sanatis. Nam mihi interpungendum videtur post verbum κρατήσεις. vt praecise dictum sit κρατεῖν pro voti sui compotem fieri, vt Latine, vincere. Quanquam Hierocles paulo aliter declarauit, nempe, *Quarum rerum si fueris particeps, id ita demum ostendes siue probabis, si rebus honestis et scientiis deditus fueris, quae sola medicina siue curatio est animi etc.*

66. Πόνων ἀπὸ τῶνδε] τῶν τῆδε πόνων. A contagione corporis, vt recte Hierocles.

67. Ἄλλ' εἶργε] vt corpus imperio rationis facilius obtemperet, a certo inquit ciborum genere abstinendum esse.

Βρωτῶν] vt gallo candido, vulua, capite, morticinis, piscibus, vrticis, triglis, ouis, ouiparis, cibus de mensa lapsis, piscibus sacris, et si quae similia sunt: potissimum autem ab erythrino siue rubellione pisce, corde, fabis, et eo genere animalium, cui nigra cauda est. Laertius in Pythagora; Suidas; Hierocles; Aulus Gellius Noct. Attic. Libr. 4. c. 11. p. 296. Edit. Iac. Oiseltii.

ᾧ ἐπομεν *Diximus*] Non hoc quidem carmine, sed in *Apophthegmatis* sacris. Sic enim *Hierocles*, τὰ δὲ ἐπὶ μέγας, ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀποφθέγμασι, ἐν ἀποζήτητι παρεδίδοντο. *de cibis vero speciatim ea in Apophthegmatis sacris tradita sunt, quae in vulgus edere non licet.*

Ἐν τε καθαρμοῖς] De quibus *Pythagorae* decretum est apud *Diogenem Laertium* in *Pythagora*, τὴν δὲ ἀγνείαν εἶναι διὰ καθαρμῶν, καὶ λετρῶν περιζήσαντηρίων· καὶ διὰ ταῦτα αὐτὸν καθαρθεύειν ἀπὸ τε κήδους, καὶ λέχους, καὶ μιάσματος παντός· hoc est: *Castitatem vero positam esse in expiationibus et asperisionibus aquae: iisque modis corpus a luctu, a venere, ac labe omni purgandum esse.* Iungenda *Ioh. Franc. Buddei* *Diss. de καθάρσει Pythagoraeo-Platonica*, in *Analect. Hist. Philol.* p. 363. seq.

68. Ἐν τε λύσει ψυχῆς] *Solutione animi, siue commentatione mortis.* Quamquam *Hierocles* intelligit sapientiam, quae dicitur a *Pythagora* et *Platone* *Dialectica*.

Κρίνων] In editionibus plerisque, ut *Venetis* κρινον. Utraque lectione idem efficitur. Nempe et in expiationibus corporis et in solutione animi, debere iudicari cibos, siue delectum adhiberi ciborum, ne iis cibis utamur, qui utrique rei afferre possint moram et impedimentum. Alia tamen *Hierocles*, quae legere licebit cupientibus ad *Pythagorae* normam philosophari.

69. Ἡνίοχον] Sic *Plato* in *Phaedro* rationem aurigae comparavit, perturbationes equis.

Γνώμην

Γνώμην ἀρίστην, *Rationem aequissimam*] vt apud *Aristotelem* L. I. c. 13. de Arte dic. γνώμη τῆ ἀρίστη.

70. Ἡ δ' ἀπολείψας σῶμα] Si omni contagione corporis liberatus. Absoluta migratione de corpore in corpus, aut post λύσιν, siue animi solutionem a corpore.

Ἄιδερον ἐλεύθερον] Aërem liberum siue purum: cui oppositus aër qui est terrae proximus, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quem crassum et concretum *Cicero* vocauit Libr. I. Tuscul. eumque animis, cum e corporis domicilio emigrarint, *per-rumpendum ac diuidendum* esse ait. Attingitur autem hoc loco Pythagorae decretum, quod commemorauit *Plutarchus* Libr. IV. c. 7. de Philosoph. decretis, τὴν ψυχὴν ἐξιῶσαν εἰς τὴν τῶ πάντων ἀναχωρεῖν, πρὸς τὸ ὁμογενές. Animum, postquam e domicilio corporis migravit, in naturae vniuersitatis animam remeare, in aërem sibi cognatum et affinem.

Ἐλθης] Similitudo soni quaesita ἐλεύθερον ἔλθης. Nam ἐλεύθερον παρὰ τὸ ἐλθεῖν. Lege *Suidam*.

71. Ἔσσεαι ἀθάνατος] Non iam saepius migrans de corpore in corpus, expersque interitus, deorum vitam deges in aethere siue Elyfio.

Θεὸς ἀμύροτος] Imitatus Pythagorae discipulus *Empedocles*:

Χαίρετ'. Ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἀμβροτος, εἰκ' ἐτι  
θνητός,

Πολεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥσπερ ἔοικε.


hoc est:

Saluete. Immortalis ego conuersor apud vos,  
Vt par est, Deus, et tali me dignor honore.

Conf. *Diogenes Laertius* in *Empedocle* seu *Libr. VIII.*  
p. 686. Edit. *Henrici Stephani.*



INDEX



# INDEX I. VOCABVLORVM

QVAE

IN PYTHAGORAE AVREIS CARMINIBVS  
OCCVRRVNT.

**A**γαθοῖς *bonis*, datiu. plur. a nominatiu. sing.  
ἀγαθός, ἢ, ὄν, *bonus*. Etymologus deriuat ab  
α epistatico et γηθῶ Dorice γαθῶ gaudeo. *bono  
enim gaudemus.* v. 20

Ἀγανάκτες *indignare*, 2 sing. imper. praes. a verbo  
ἀγανακτέω, ᾧ doleo, indignor, aegre fero, fut. ἴ  
ήσω, aor. 1 ἠγανακτήσα, praet. ἠγανακτήκα. De-  
riuatur ab ἀγαν *valde* et ἀχθομαι *aegre fero, in-  
dignor*; vel ab ἀγομαι *frangor*, quia sollicitudi-  
nes confringunt cor, hinc proprie denotat, dolo-  
ris sensu affici, et diui Euangelistae adhibent hanc  
vocem ad exprimendum internum dolorem et in-  
dignationem mentis Matth. XX, 24. Marc. X, 14.  
Luc. XIII, 14. v. 18

Ἀγανῶς *inclutos*, acc. plur. m. g. a nominat. sing.  
ἀγανῶς, ᾧ, ὁ Aeolice et Poëtice, per Epenthe-  
sin τῆ υ, pro ἀγαῶς ab ἀγάω, vel ἀγάομαι,  
*miror, demiror.* v. 2

Ἄγγις pro ἀγγισα *proxime*, iungitur Genitiuo et  
Datiuo; nonnunquam etiam sine casu, vt hoc  
loco ponitur. ἀγγισός, ἢ, ὁ, ἢ, *proximus*, οἱ ἀγ-  
γισα, *proximi*; Radix est ἀγγι, *prope.* v. 4

Ἀδαήμων, ονος, ὁ, ἢ, *inscius, imperitus*. Componitur  
ex α priu. et δαήμων, *doctus*, quod est a δαίω,  
*disco, it. diuido.* Differunt autem δαίω *diuido*

## INDEX I.

et δαίω disco. A δαίω doceo Futur. I est δαήσω, Med. δαήσομαι, Praeter. Act. δεδάηκα, Praet. Pass. δεδάημαι etc. At δαίω *diuido*, habet in Futur. I δαίτω, Med. δαίσομαι, Praeter. Pass. δέδασμαι, A. I Pass. ἐδάσθην, ao. I med. ἐδασάμην. v. 37

Ἄελπτ' pro ἀέλπια non speranda accus. plur. n. g. a nom. sing. ἀέλπιος, ο, ὅ, ἡ, insperatus; componitur ex α priu. et ἐλπίς, ἰδος, ἡ spes. Herodotus ἐξ ἀέλπις, ex insperato; Sophocles Οὐκ ἔστ' ἀέλπιον εἶδέν, nihil quicquam est, de quo spes non sit habenda. Hinc ἐλπίζω spero, f. I ἐλπίσω et Attice ἐλπῶ, a. I ἤλπισα, Perf. ἤλπισκα, verbale εἰσέειν καὶ ἐλπισέειν, ferendum et sperandum. v. 53

Ἀεναίης perennis pro αἰεναίης vel αἰενναίης Poët. seu mauis, Attice, ut εἰς pro εἰς, gen. sing. a nominat. αἰέναιος, ο, ὅ, ἡ, perennis. Comp. ex αἰεὶ vel αἰέν semper et ναίω fluo. Prima syllaba producitur secundum regulam in *Welleri Grammatica* p. 356. v. 48

Ἀθανάτους immortales acc. pl. a nominat. sing. ἀθάνατος, ο, ὅ, ἡ, Comp. ex α priu. et θάνατος, ο, ὅ, mors, quod a θνήσκω. Nota, τὸ ἀθάνατον in Nouo Testam. non legi sed pro eo, τὸ ἀφθαρτον, incorruptibile. Prima syllaba in hoc verbo producitur, vid. *Welleri Gramm.* p. 356. v. I

Ἀθρυπίον non effeminatam acc. sing. a nominat. ἀθρυπίος, ο, ὅ, ἡ infragilis, qui frangi non potest, non delicatus. Componitur ex α priu. et θρύπω frango, Ἀθρύπτως dure, seuerè, inde Ἀθρύπιως καὶ αὐστηρῶς διατεῖν, dure atque austere viuere, apud *Plutarchum* in *Apophth. Alexandri*. v. 35

Αἰθέρα

## VOCABVLORVM.

Αἰθήρα *aetherem* acc. sing. a nominat. αἰθῆρ ἔρος, ὁ  
*aether, aër, coelum.* v. 70

Αἰσχρόν *turpe*, αἰσχρὸς αἰ, ὄν, *turpis, foedus*, Rad. est  
αἰσχος, εος, τὸ *turpitude*. Etymologi deducunt  
ab α priu. et ἴχω, *habeo*, vt sit quasi, quod quis  
habere nolit. *Matthias Martinus* vult potius ab  
αἰσχίμων, *indecens*. v. 11

Αἰχύνεο Ion. pro αἰχύνε reuerere, 2 pers. sing. praes.  
imper. med. a verbo αἰχύνομαι, *reuereror*, item  
*rudet me*. Aet. αἰχύνω, *rudefacio*. v. 12

Ἄλγε' pro ἄλγεα *mala* seu potius *dolores* acc. plur.  
n. g. a nominat. ἄλγος, εος τὸ *dolor*. Hinc ver-  
bum ἀλγέω, ἀλγέω τὴν κεφαλὴν. v. 17

Ἄλλοτ' pro ἄλλοτε *alias, alio tempore*, adu. v. 16

Ἄλογίως *inconsiderate*, adu. ab α priuat. et λόγος  
*ratio*. *Demosthenes* ἀλόγιστος ἀνήρ, *qui nullam*  
*rationem init degendae vitae*. v. 14

Ἄμαρτάδος *delicti, peccati*, gen. singul. a nominat.  
ἀμαρτάς, ἄδος, ἢ *peccatum*. Verbum est ἀμαρ-  
τάνω, quod significat, *hallucinor, aberro, pecco*.  
Nonnulli volunt, esse compositum ex α priu. et  
verbo μάρπτω, quod est, *scorum praefixum asse-*  
*qui*. Alii contra deriuant ab ἄμα et ἄρω, *non*  
*peccant homines nisi apto loco, et tempore opportu-*  
*no*. v. 7

Ἀμετέραι *nostrae* a nominatiuo ἀμέτερος, α, ον, dia-  
lecto dorica, pro communi ἡμέτερος, τέρα, ον.

v. 47

Ἀμβροτος idem quod ἀμβρόσιος, *immortalis, diuinus*.  
Componitur ex α priu. et, inserta littera μ, eu-  
phoniae gratia, βροτὸς, ἔ, ὁ, *mortalis*. v. 71

Ἀμέ.

INDEX I.

- Ἀμέλειαν *incuriam*, acc. sing. f. g. a nom. ἀμέλεια, ας, ἡ, negligentia. Est autem ab α priu. et verbo imperf. μέλει, curae est. Ἀμέλει est 2 imper. verbi ἀμελέω ᾧ, negligo. Hinc transit in aduerbium, et significat *certe, haud dubie*, e. g. πολὺ γὰρ, ἀμέλει, γλαφυρότερον, *multo enim, haud dubie, elegantius est.* v. 32
- Ἄν *si* est coniunctio et construitur cum Optatiuo et Coniunctiui. v. 18
- Ἀνάγκης necessitatis gen. sing. f. g. a nominatiuo ἀνάγκη, ης, ἡ, necessitas, mors, fatum. v. 8
- Ἀνελεύθερος, ος, ὁ, ἡ, *illiberalis, sordidus.* v. 38
- Ἀνιήση *angst*, 3 sing. Aor. I coni. a verbo ἀνιάω vel ἀνιάζω tristitiam affero, fut. I ἦσω, aor. I ἠνίασα, pr. ἠνίακα. Radix est ἀνία, ιας, ἡ, moeror, tristitia. Deriuatur ab ἰᾶ, sano, vnde fit, ἰα et praefixo α priu. interiectoque ν, ἀνία. v. 29 et 34
- Ἀνόητα *inconsiderata*, acc. pl. n. g. ab ἀνοήτος, ος, ὁ, ἡ, qui intelligi non potest; item actiue, qui non intelligit, stultus. Comp. ex α priu. et νόος, ος, ὁ, mens. v. 28
- Ἀπείρονα *infinita* acc. pl. n. g. a nominat. ἀπείρων, ονος, ὁ, ἡ, *infinitus.* Comp. ex α priu. et πέρας, ατος τὸ *finis.* v. 58
- Ἀπολείψας *derelinquens*, est partic. aor. I act. verbi ἀπολείπω relinquo. Comp. ex ἀπό et λείπω, f. I εἶψω, aor. I ἀπέλειψα, aor. 2 ἀπέλιπον. v. 70
- Ἄρ' pro ἄρα *utique, sane.* v. 22
- Ἄρετῃ *virtute*, datiu. sing. a nominatiuo ἀρετή, ῆς, ἡ *virtus*, quod est vel a Substantiuo ὁ ἄρης, Mars, uti virtus a viro, ut ita proprie esset virtus bellica, vel





## INDEX I.

*nocere alicui haud parum.* Et Plato δὶς καὶ τρεῖς  
τὸ καλὸν ῥηθὲν, εἰδὲν βλάπτει. v. 39

Βροτοῖσιν *mortalibus*, datiu. plur. Ion. et Poët. pro ἔρο-  
τοῖς a nominat. ἔροτος, ἄ, ὁ, *mortalis*. v. 63

Βρωτῶν *ciborum* gen. plur. a nom. sing. βρωτός, ἄ, ὁ,  
*cibus*. v. 67

Βελεύς *consulta*, 2 sing. imper. praes. verbo βελεύω,  
*consulto, delibero*, radix est βελή, ἦς, ἡ, *consilium*.  
Βελεύω nonnulli deriuant ἀπὸ τῆς βάλλειν, me-  
taphora ducta a sagittariis, qui scopum, ad quem  
collineant, βάλλειν, id est, assequi et ferire dicun-  
tur. v. 27

### Γ.

Γαστρός *ventris* per Sync. pro γαστέρος, gen. sing. a  
nominat. γαστήρ, ἡ, *venter*, deriuatur a γάω, ca-  
pio. v. 10

Γνώθι *nosce*, 2 sing. imper. aor. 2, verbi γινώσκω co-  
gnosco. Composita ἀναγινώσκω, *perlego*, κα-  
ταγινώσκω, *reiiicio, condemno*. Imperator Iulia-  
nus Apostata, lecto Apollinarij Iunioris libro de ve-  
ritate religionis, interrogatus, quid de eo sentiret,  
irridens scribebat haec verba, ἀνέγνων, ἔγνων,  
κατέγνων, hoc est, *perlegi, intellexi, reieci*. Ad  
ea Basilijus Episcopus Caesariensis perapposite re-  
ponebat, ἀνέγνως, ἀλλ' ἐκ ἔγνως. Εἰ γὰρ  
ἔγνως, ἐκ ἂν κατέγνως. *Legisti, sed non intelle-  
xisti. Si enim intellexisses, non reiecisses.* v. 15

Γνώσεαι Ionice pro γνώση, *cognosces*, est 2 singul.  
fut. I med. ab inusitato verbo γνόω, radix γινώ-  
σκω, *cognosco*. v. 50. 52. 54

Γονεῖς

## VOCABVLORVM.

Γονεῖς *parentes*, acc. pl. contr. pro γονέας a nominat. sing. γονεὺς, ἑός, ὅ, Thema γείνομαι, *gignor*, nascor. v. 4

### Δ.

Δαίμονας, *daemones*, acc. plur. a nom. sing. δαίμων, ονος, ὅ, *daemon*, *spiritus*, *genius*, quasi δαήμων, sciens, ex δαίω, scio. v. 3

Δαιμονίησι diuinis datiu. plur. Ion. pro δαιμονίαις a nominat. sing. δαιμόνιος, ὅ, ἡ, diuinus, inde πλάτων ὁ δαιμόνιος, *diuinus Plato*. v. 17

Δαπανᾶν, *sumtus facere*, inf. praes. verbi δαπανᾶω ᾶ, fut. I ἤσω, aor. I ἐδανάπησα, perf. δεδαπάνηκα. *Martinius* a δαπάνη, *sumtus* deriuat, et illud a δάπτω voro. Sed nonnulli malunt a δαπανᾶω δαπάνη deriuare. Prius a δάπτω descendere, ex *Athenaeo* probant. v. 37

Δ' pro δὲ autem, quasi a δαίω, *diuido*, cum vocula sit distinctionis. Postponitur semper, reperiturque δὲ iunctim e. g. ὁ μὲν, ὁ δὲ, quod Latine exponitur, hic, ille. v. 6. 11. 19. seq.

Δειλοὶ miseri nominat. pl. a nominat. sing. δειλός, ἡ, ὄν, *improbus*, *malus*, *ignauus*. Significat etiam *formidolosus*, *formidus*, e. g. Matth. VIII, 26. τί δειλοὶ ἐσσι, ὀλιγόπιστοι; exponitur etiam *stolidus*, vt infra v. 28. *Pythagorae nostri*. v. 21. 28

Δείξαις *ostendas*, 2 sing. aor. I opt. verbi δείκνυμι siue δεικνύω, *ostendo*, *monstro*. v. 62. 64

Δέον, *decens*. Est Partic. Praes. n. g. a verbo δέω, ligo. v. 42

Διάκειν-

## INDEX I.

Διάκεινται *dispositi sunt* 3 plur. praes. a *διάκειμαι*.  
 Ex *διά* et *κείμαι* *iaceo*. *Plutarchus* de educatione  
 puerorum, ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ ἀρετῇ καὶ παιδείᾳ,  
 ἢ ἐν τοῖς τυχικοῖς ἀγαθοῖς κείται; hoc est, *fe-*  
*licitas in virtute et institutione, non in fortunae bo-*  
*nis, sita est.* v. 1

Διαίταν *diaetam* acc. sing. a nominatiu. *διαίτα*, *ης* ἡ  
 viuendi institutum, *vitae genus*. Deriuatur vt  
 nonnullis placet, ἀπὸ τῆς *διάειν*, id est, a *spi-*  
*rando*, quasi *διάτη*, quia, qui *diaetam* agit, *spiri-*  
*tus tantum alimento est contentus*. Malim, in-  
 quit *Martinius*, a *διά* et *αἶτος* *mansio*. v. 35

Διάξεις *transiges* 2 sing. fut. I. verbi *διάγω* fut. I  
*άξω*. Componitur ex *διά* et *άγω*. v. 31

Διέρχεται *differunt* 3 sing. praes. a *διέρχομαι* quod  
 a *διά* et *έρχομαι*. v. 51

Διδάσκει *disce* 2 sing. praes. imper. med. pro *διδά-*  
*σκω* *Dorice*. Verbum act. *διδάσκω* *doceo* et in  
 Pass. *διδάσκομαι* *disco*. Nota, hoc verbum pas-  
 siuum retinet etiam Accusatiuum actiui sui e. gr.  
 Καὶν παρὰ τῆς διαβολῆς τὸν φόνον καὶ φόνον ἐδι-  
 δάχθη; dixit *Basilius M. Hom. de Inuidia* v. 30

Δικαιοσύνην *iustitiam*, acc. sing. a nom. *δικαιοσύνη*,  
*ης*, ἡ *iustitia*. Summus *Aristoteles* et *Eustathius*  
 deducunt ab adu. *δίχα*, *bipartito*, vt sit quasi  
*δίχαιος*, quod *iustitia* in aequales partes rem di-  
 vidat. v. 13

Δύνη vel δύνασαι *potes*, 2 sing. praes. ind. a verbo  
*δύναμαι*, *possum*, *valeo*. Item habet significatio-  
 nem τῆς *θέλειν*, vt monet *Stephanus de Dialectis*  
 p. 50

## VOCABVLORVM.

p. 50. In hoc significato occurrit in Nouo Testam. Marc. VI, 5. Ioh. VII, 7. Act. IV, 20. 2 Cor. XIII, 8. Apoc. II, 2. quos locos *Christoph. Wollius* Theologus celeberrimi nominis collegit in praefatione vernacula, von dem Misbrauch der christlichen Lehren vnd Wunderwerke zu politischen Staatsstreichen, quam *Sam. Chandleri*, episcopi olim Bathoniensis et Wellensis in Anglia acutissimi, libello von der Beschaffenheit vnd Nutzbarkeit der Wunderwerke, ex Anglicana lingua ab ipso translato, praemisit, §. 10. Conferendus etiam *Salomon Deylingius* Theologus hodie in ecclesia Lutherana facile princeps Obseru. Sacr. P. I. p. 118. Insigne huius rei documentum ex praestantissimo vetustissimoque Scholiaste *Homeri*, qui adhuc ἀνέκδοτος in bibliotheca Academiae Lipsiensis asseruatur, cum orbe erudito communicauit S. R. *Christianus Fridericus Boernerus* sacrarum litterarum in Acad. Lips. primarius hodie Doctor, in *Actis Barnabae et Pauli Lycaonicis* p. 27. Quem eo nomine collaudauit *Ioh. Alberti* in *Obseruat. Philolog. in sacros Noui foederis Libros* ad Marc. VI, 5. Scholia illa ad versum 352. Iliad. ε. sic se habent. Ἐθέλεσκεν, ἐδύνατο καὶ ἀνάπαλιν, v. 8. 19

### E.

Ἐάσης finas 2 sing. aor. 1 coni. act. verbi ἔάω, *sinō*, *permitto*. Quod penultima huius verbi sit longa, vid. *Welleri Gram.* p. 369. v. 22

Ἐγγύθι *prope*, est adu. praepositionis naturam habens, regit genitium. vid. *Welleri Gramm.* p. 320.

### G

*Eusta-*

## INDEX I.

- Eustathius* deriuatum tradit *παρὰ τὸ ἐν καὶ γύα*  
 seu *γύα*, *quod sit in via.* v. 8
- Εἰ Si est Coni. condit. quae constr. cum indicatiuo,  
 rarius cum optatiuo, rarissime cum coniunctiui.  
 v. 62
- Εἰθίζεο pro *ἐθίζε* *assuesce*, Ionice, 2 sing. imperat.  
 pass. a verbo actiuiο *ἐθίζω*, *assuefacio*. Augetur  
 a poëtis vocali iota, vt syllaba *ι* fiat longa. v. 9. 14
- Εἶκε *locum da*, 2 sing. praes. imper. a verbo *εἶκω* simi-  
 lis sum, cedo. Construitur cum datiuo. Sic apud  
*Επιχτητὸν*, *ἀρχοντι καὶ τὸ σοφωτέρω εἶκειν*,  
*κόσμιον*, *principi et sapienti cedere, honestum.* v. 6
- Εἴνεκα pro *ἐνεκα* *propter, causa, gratia*. Poëtice, vt  
 syllaba fiat longa. Est adu. praepositionis natu-  
 ram habens, regit genitiuum et postponitur. vid.  
*Welleri Gramm.* p. 320. v. 7
- Εἰπεῖν *dixisse*, infin. aor. 2 a verbo *ἔπω*, quod est ano-  
 malon. vid. *Welleri Gramm.* p. 287. v. 26
- Εἰργεσθαι *arceri, dimoueri*, infin. praes. pass. a verbo  
 actiuiο *εἰργω*, *arceo*. v. 23
- Ἐκγεγαῶτας cognatos acc. plur. part. praet. med. a  
 verbo *ἐκγάω*, solis poëtis vsitato. v. 4
- Ἐκμελέτα *meditare*, 2 sing. imper. praes. a verbo  
*ἐκμελετάω*, *meditor*. v. 45
- Ἐκπλήσσειο *perturbare*, 2 sing. imper. praes. pass. Ion.  
 pro *ἐκπλήσει* a verbo *ἐκπλήσω*. v. 22
- Ἐκπρήξας *operatus*, partic. aor. 1 a verbo *ἐκπρήττω*  
 Ion. pro *ἐκπράπτω*, *facio*. v. 44
- Ἐκτελέειν *perficere*, infin. praes. ab *ἐκτελέω*, *perficio*.  
 v. 29
- Ἐλπίζειν

VOCABVLORVM.

- Ἐλπίζειν *sperare*, infinit. praes. ab ἐλπίζω, spero. v. 53
- Ἐννομα *legitime*, hic pro ἐννόμως, ponitur. v. 3
- Ἐξακέσας *medela adhibita*, est partic. aor. 1 act. verbi ἐξακέω, quod componitur ex ἐξ et ἀκέω, medeor. v. 66
- Ἐπειθ' pro ἔπειτα, *deinde*, τ sequente η asperato in θ mutato, cum Apostropho.
- Ἐπελθεῖν *superuenire*, est infin. aor. 2 verbi ἐπέρχομαι. v. 41
- Ἐπέξειδι *percurre*, est 2 sing. imper. praes. a verbo ἐπέξειμι. v. 43
- Ἐπευζόμενος *supplicans, precatus*, est partic. aor. 1 med. verbi ἐπεύχομαι, quod idem est ac εὐχομαι. Construitur cum datiuo, ita *Homerus* ἐπεύχομαι τῷ θεῷ. v. 49
- Ἐπιπλήσσειο *increpa*, Ion. pro ἐπιπλήσσει, 2 imper. praes. pass. a verbo ἐπιπλήσσω, increpo. v. 44
- Ἐπίσασαι *intelligis*, 2 sing. praes. med. verbi ἐπίσασμαι, σαι, ται. Componitur ex ἐπί et ἴσασμαι, interiecto τ, scio, peritus sum. v. 30
- Ἐπωφελίμοισι *utilibus*, datiuus plur. Poët. a nominat. ἐπωφέλιμος, ο, ο, ἦ, utilis. Componitur ex ἐπί et ὠφελέω, profum, iuuo. v. 6
- Ἐρᾶν *amare*, infinit. praes. verb. ἐράω, ω, amo, *complector*. Quidam deducunt ἀπὸ τῆς ὀρᾶν, quia ex adspectu gignitur amor, iuxta illud, ἐκ τῆς ὀρᾶν ἐστὶ τὸ ἐρᾶν, *ex adspectu nascitur amor*. Plato autem deducit ἀπὸ τῆς εἰσεῖν, ab influendo, quod amor extrinsecus per oculos influat. Vel ab εἶρω, n. ετο,

## INDEX I.

- necito, quia amor est nexus. Construitur cum  
 genitiuo, e. g. Xenophon ἐκ ἑρᾶ ἀδελφὸς ἀδελ-  
 Φῆς, ἐδὲ πατρὴς θυγατρός. v. 45
- Ἔργοισι *factis*, Poët. pro ἔργοις, datiu. plur. a no-  
 minatiu. sing. ἔργον, & τὸ, *factum*. Τὸ ἔργον in  
 significatione non vna legitur vsurpatum. Signi-  
 ficat enim 1) *opus*, vt Iacobi II, 20. ἡ πίσις χωρὶς  
 τῶν ἔργων νεκρά ἐσιν. 2) *factum*, sic Luc. XXIV,  
 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ. 3) *munus*, sic  
 I Tim. III, 1. εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται καλῶ  
 ἔργα ἐπιθυμεῖ. v. 6
- Ἔρεξα, *feci*, 1 pers. sing. aor. 1 a verbo ῥέζω, *facio*,  
 fut. 1 ῥέζω, aor. 1 ἔρεξα. v. 42
- Ἔρέω *dico*. v. 24
- Ἔρις, *idos*, ἡ, *lis*, *contentio*, verbum est ἐρίζω, con-  
 tendo. v. 59
- Ἔρχεο *veni*, 2 sing. imper. praes. Dorice pro ἔρχε,  
 a verbo ἔρχομαι, *venio*. Significat etiam *abire*,  
*proficisci*, vt Act. XXII, 14. et Luc. II, 44. Confer  
*Erasmii Schmidii* Not. ad Nou. Test. p. 402. Eo-  
 dem sensu τὸ ἔρχεσθαι externi quoque Scripto-  
 res adhibent. vid. *Georgii Raphaelii* Notas in Nou.  
 Test. ex Polybio et Arriano p. 188. v. 48
- Ἐθλοὶ *boni*, ab ἐθλὸς, ἡ, ὄν, deriuatur ab εὖς, *bo-  
 nus*, et θέλω, vel potius ἐθέλω, *uolo*. v. 21
- Ἐσορῶσιν *intuentur*, contr. pro ἐσοράσιν, 3 plur.  
 praes. ind. a verbo ἐσοράω, ῶ, *intueor*. Compo-  
 nitur ex ἐς pro εἰς et ὀράω, *video*. v. 55
- Ἐσσεαι *eris* Ion. et Poët. pro ἔση, 2 sing. fut. a verbo  
 εἰμί *sum*. v. 71
- Ἐτε-



## VOCABVLORVM.

Ἐτελέσθη *peractum est*, 3 sing. aor. 1 pass. a verbo  
τελέω, *perficio.* v. 42

Ἐτι *amplius, adhuc, praeterea, adu.* v. 72

Ἐχθαίρω *auersare*, 2 imper. praes. verbi ἐχθαίρω,  
odio persequor, ab ἐχθῶ, quod est defectiuum,  
quia definit in χθῶ. Radix est ἐχθός, εὐός, τὸ,  
odium. Deduci posse videtur ἀπὸ τῆς ἐχέσθαι,  
*haerere*, vt sit odium, quod animo infixum haere-  
ret. v. 7

Ἐχῆς *habeas*, 2 sing. praes. con. a verbo ἔχω, ha-  
béo. Interdum τὸ ἔχειν idem est, ac *posse*, vt  
Matth. XVIII, 25. Luc. VII, 40. et Marc. XIV, 8.  
v. 18

## Z.

Ζεῦ Iupiter vocat. sing. a nominatiuo ζεὺς, gen. διὸς.  
Dicitur autem ζεὺς a ζῆν quod omnia faciat ζῆν,  
*viuere*, vel quali δεὺς a δεύω, rigo, quia omnia ri-  
gat, vel a δέυς, *formido*, quia est formidabilis.  
Nonnunquam ponitur pro aëre, sicut Latini di-  
cunt, sub Dio et Horatius Libr. I. od. 1. *sub Ioue*  
*frigido.* Sic Virgilius Georg. L. II. v. 419.

*Et iam maturis metuendus Iupiter uuis.*

## H.

Ἢ *certe.* Haec particula, accentu diuerso, diuersum  
significat, cum tenui quidem spiritu et circumfle-  
xu, ἢ *certe profecto, vere* cum tenui autem et graui  
ἢ, *aut, siue.* v. 61

Ἡμερῶν *diurnorum*, gen. pl. a nominat. ἡμερῶς,  
ἡ, ὄν, *diurnus.* Radix est ἡμέρα, ας, ἡ, *dies.* De-

G 3

ducunt

## INDEX I.

ducunt quidam ἀπὸ τῆς ἰμείρειν, ab amando, desiderando, quod hominibus summopere fit amabilis; item a nomine ἡμερος, lenis, mansuetus, quasi dies omnia faciat mansueta, cum omnia noctu, propter tenebras, horrida sint. v. 41

Ἡν ἴ interdem cum indicatiuo, frequentius cum coniunctiuo. v. 23

Ἡνίοχον aurigam, acc. sing. a nom. ἡνίοχος, ἄ, ὁ, auriga, qui habenas tenet. Componitur ex ἡνία, ἄς, ἡ, habena, lorum freni, quo reguntur equi et ἔχω habeo. v. 69

Ἡρώας heroas, accus. plur. ab ἥρως, ὠος, ὁ, heros. Ultima syllaba est breuis. Nam τὸ ἄς Acc. plur. 3 decl. semper breue, primae vero decl. longum. vide Welleri Gram. p. 363. v. 2

### Θ.

Θανέειν mori, infin. aor. 2 Ion. et Poët. pro θανέειν. Verbum est θνήσκω, seu mauis, inus. θανέω, morior. v. 15

Θάρσει confide, pro θάρσεε, 2 imper. praes. a verbo θαρσέω, confido, fiduciam habeo. v. 63

Θέμις, ἴσος vel ἴδος, ἡ, lex, fas, a θέω, pono. v. 52

Θείης, diuinae Ion. pro θείας, gen. sing. f. g. a nom. θεῖος, ο, ον, diuinus. v. 46

Θεοῖσιν Diis, datiu. plur. Ion. pro θεοῖς, cui sequente vocali υ Paragogicum additur, vnde fit θεοῖσιν. Hoc loco in scansione, θεοῖσιν in duas syllabas contrahitur, quasi θεοῖσιν scriptum esset. v. 49

Θήσει

VOCABVLORVM.

Θήσει ponet 3 fing. fut. 1 act. a verbo τίθημι pono,  
 fut. 1 θήσω, aor. 1 ἔθηκα, praet. τέθηκα. v. 46

Θυμῶ irae, gen. fing. a nom. θυμός, ὄ, ὀ, ira, aθύω,  
 feror impetu. Differt proprie θυμός ab ὄργῃ.  
 θυμός est feruor sanguinis, qui circa cor moue-  
 tur, ira feruens, teste Scholiaste Aristophanis ad  
 Ranas v. 252. et Diogene Laertio in Zenone. Ci-  
 cero θυμόν vertit *excandescentiam*, Tuscul. Libr.  
 IV. c. 9. ὄργῃ vero est libido vlciscendi et pu-  
 niendi eum, qui laesisse videtur iniuria. ὄργῃ  
 εἰσι ἐπιθυμία τιμωρίας τῶν ἠδικηκέναι δοκούντων,  
 vt idem Scholiastes et Laertius. Etymologi dedu-  
 cunt ἀπὸ τῆς θύειν καὶ ὄρμαίν τὸ αἷμα, nam Me-  
 dici dicunt, *iram ebullitionem esse sanguinis circa*  
*cor.* Quod autem hic, κρατεῖν θυμῶ, id Hora-  
 tio Libr. I. Ep. 2. v. 62. est, *animum regere.* v. 11

I.

Ἰᾶσθαι contr. pro ἰάεσθαι *mederi*, infin. praes. med.  
 verbi ἰάομαι, *sano, medeor.* Deriuatur ab ἰά, ας, ἦ,  
 vis. Nam vis morbi repellitur a vi naturae, cui  
 Medicus inseruit. v. 19

Ἰδίῃ Ion. pro ἰδίᾳ *priuatim*, adu. seu potius datiu.  
 fing. f. g. Datius enim frequenter naturam in-  
 duit aduerbii. vid. *Welleri Gramm.* p. 301. v. 12

Ἰερός, ἄ, ὄν *sacer*, ab ἰεμαί *cupio*, quia sacra debent  
 appeti. v. 64

Ἰδι, *scias*, per Syncop. ἰσαδι, 2 imper. praes. a  
 ἴσθημι *scio*, quod ex ἰσάω. v. 9

Ἰχ' pro ἴχε *sustineto*, 2 fing. imper. praes. a verbo  
 ἴχω *proprie habeo, teneo.* v. 24

## INDEX I.

Ἰχνία vestigia acc. pl. n. g. a nominat. ἰχθυον, 8, τὸ.  
v. 45

### K.

Καθαίρειον purum, acc. sing. a καθαίρειος, 8, ὁ, ἡ,  
purus, munditiem seruans, praesertim in victu et  
cultu corporis. Radix est καθαίρω, purgo, mundo.  
v. 35

Καθαρμοῖς purgationibus, dat. pl. a καθαρμοῦς, 8, ὁ,  
purgatio.  
v. 67

Καθύπερθεν, desuper, in summo loco, adu. loci.  
Comp. ex κατὰ et ὑπερθεν, abiecto enim α, τὸ  
τ, propter sequentem Spiritum asperatum, in θ  
mutatur.  
v. 69

Καθόσον al. καθ' ὅσον, quantum, in quantum, a  
κατὰ et ὅσον. Per Apostrophum duae dictiones  
in vnam quasi contrahuntur, apposito signo Apo-  
strophii. Sed signum hoc Apostrophii aliquando  
perit.  
v. 19

Καιρὸν tempus, acc. sing. a nom. καιρὸς, 8, ὁ, tem-  
pus, occasio, quasi a κερεῖ, accidit, contingit; vel  
a κείρω, curro, quia tempus et eius occasio in per-  
petuo sunt cursu. Καιρὸς differt a voce χρόνος,  
8, ὁ, semper est quidem χρόνος, tempus, sed  
non semper καιρὸς, tempus opportunum. Ob-  
serua, 1) καιρὸν aliquando poni pro tempore, seu  
χρόνω, non vicissim, e. g. 1 Thess. II, 19. πρὸς  
καιρὸν ὥρας. 2) χρόνον καὶ καιρὸν coniungi e. g.  
Act. I, 7. 8χ ἡμῶν ἐστὶ, γινῶναι χρόνος, ἢ καιρὸς.  
Non male Lutherus καιρὸν interpretatus est ho-  
ram: ipse enim articulus temporis significatur.  
Ita Raphaelius in notis Polybianis p. 297. Eodem  
modo

VOCABVLORVM.

modo *Ioh. Boisius* Veteris interpretis cum *Beza* aliisque recentioribus Collatione in quatuor Eu-  
angeliis et Apostolorum Actis p. 350. (Edit. quae  
Londini 1655. in 8. prodiit) per *καιρὸν articulos*  
*temporum* intelligit quia *καιρός ἐστίν, ἐν ᾧ ἐκ ἔστι*  
*χρόνος*. Contra *vulgatum*, qui *καιρός* per mo-  
menta vertit, lege *Bezam* et *Balth. Raithium* in  
vindiciis versionis Lutheri German. p. 441. vid.  
*Ioh. Christoph. Wolfii* Cur. Philol. et Crit. in IV. SS.  
Euang. et Act. Apost. p. m. 1006.

*Καταθυμοβορήσης animi affectibus deuores*, 2 sing.  
aor. 1. coni. a verbo *καταθυμοβορέω*, quod idem  
ac *θυμοβορέω*, *macero me aegritudine animi*. Est  
Decompositum ex *κατά*, *θυμός*, animus et *βο-  
ρά*, pabulum, esca, cibus. v. 72

*Καταχθονίης subterraneos*, accus. plur. a *κατα-  
χθόνιος*, 8, ὁ, ἡ, subterraneus. Comp. ex *κατά*,  
et *χθόνιος*, 8, ὁ, terrestris. Rad. *χθών*, *ονός*, ἡ,  
*terra*. v. 3

*Κελεύω iubeo, impereo*, fut. 1 *κελεύσω*, aor. 1 *ἐκέλευ-  
σα*, Praet. *κεκέλευκα*. *Κελεύω* legitur in Nouo  
Testamento tantum in praesenti, imperf. et Aori-  
sto 1. Futur. 2 caret. v. 65

*Κλύσει audiunt*, 3 plur. praes. indic. a verbo *κλύω*,  
*audio, percipio*. Est defect. et anom. imperf.  
*ἔκλυων*, aor. 2 imper. *κλῦθι*, a *κλῦμι*. *Home-  
rus κλῦθί μευ, audi me*; *Theognis* cum *Datiuo*  
iunxit v. 13. *Ἐυχόμενῳ μοι κλύθι* - - *Precan-  
tem me audi*. Hinc *κλυτός*, ἡ, ὄν, *de quo multa*  
*audiuntur, inclutus, celebris, cuius fama passim au-  
ditur*. v. 56

G 5

Κρατεῖν

## INDEX I.

Κρατεῖν *imperare*, infin. praes. a verbo κρατέω, quod denotat *coerceo*, reprimo aliquem magno cum impetu irruentem. *Hesychius* illud explicat per μένειν sistere. *Plutarchus* τῆς γλώττης κρατεῖν, venuste dicit, *linguae, ceu equo cuidam ferocienti, frena iniicere*, eamque coercere, de *Paedog.* Et κρατεῖν ὀργῆς, *coercere iram*, phrasis est peruenusta, qua Graeci interpretes *Prou. XVI, 32.* vtuntur. λίκον τῶν ὠτῶν κρατεῖν, *lupum auribus tenere.* Confer. S. V. D. *Christoph. Wollius*, Praeceptor meus cum cura mihi semper dicendus, in *Commentat. Philolog. de Parenthesi Sacra* p. 33. seq. v. 9

Κτᾶσθαι *possideri*, contr. pro κτᾶσθαι inf. praes. a verbo κτᾶσμαι, *acquirō, comparo, possideo*, item *emo.* e. g. apud τὸς LXX. *Gen. XXXIX, 1.* et *XLIX, 3c.* nec minus apud profanos. Est autem Deponens, licet interdum etiam passivē vsurpetur. In *Nouo Testam.* semel legitur. Passivē *Aēt. VIII, 20.* διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, *pecunia acquiri.* v. 16

Κύλινδροι *Cylindri*, nominat. plur. a nominatiuo sing. κύλινδρος, ὄ. v. 57

### Λ.

Λαγνεΐης *libidinis*, Ion. pro λαγνεΐας, gen. sing. a λαγνεΐα, ας, ἡ, *libido, lasciuia*, quod a λαγνεύειν, *salacem, libidinosum esse.* Radix λάγνης, siue λάγνος, *lasciuus*, quasi λάγνος, *valde mulierosus*, ut habet *Eustathius*, a particula λα, passim posita, pro λῖαν et γυνή, *mulier*, vel a λέγω, *cubo, cubare facio.* v. 10

Λέληθε

VOCABVLORVM.

Λέληθε *latuit*, 3 praet. med. a verbo λανθάνω *lateo*, quod est Anomalon, vid. *Welleri Gramm.* p. 291.

v. 59

Λήθειν *latere*, infin. praes. a λήθω, *lateo*, celo, fut. 1 λήσω. Hinc λανθάνω, idem quod λήθω. In Medio et Pass. significat etiam *obliuiscor*.

v. 53

Λόγισαι, *consulta*, 2 imper. aor. 1 med. a verbo λογίζομαι, *rationem in eo*.

v. 39

Λόγοις *verbis datiu. plur.* a nom. sing. λόγος, 8, ὁ. Variam τῷ λόγῳ significationem esse tam ex sacris litteris, quam profanis, constat. Etenim notat 1) *rationem*, die Vernunft, qua homo discernitur a brutis, quae inde ζῶα ἄλογα, rationis et orationis expertia, dicuntur. 2) *orationem* seu sermonem. 3) *ipsum Dei filium*, sic Ioh. I, 1. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος etc. 4) *Praeceptum*, sic Gal. V, 14. ὁ πᾶς νόμος ἐν ἐνὶ λόγῳ πληρῆται, ἐν τῷ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, ὡς σεαυτόν. Hinc etiam *decalogus* nomen accepit. 5) *Rationem*, die Diechenschaft, sic Luc. XVI, 2. Ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου, *redde rationem dispensationis tuae*. 6) *orationem artificiosam*, e. g. λόγος Δημοθέους κατὰ Φιλίππου.

v. 6

Λυγρὴ *tristis*, est nominat. ipse f. g. Ion. a λυγρός, ἄ, ὄν, *gravis, difficilis, tristis*.

v. 59

Λύσεις *solueres*, 2 opt. aor. 1 Aeolice, a verbo λύω.

v. 61

Λύσιν *solutionem*, acc. sing. a nom. λύσις, σωσ, ἦ, solutio.

v. 56

M. Meis

## INDEX I.

### M.

- Μαὶ adu. iurandi, fere negare solet, nonnunquam tamen affirmat, construiturque cum accus. v. 47
- Μαλακκοῖσιν *mollibus*, dat. plur. Attice, Ion. et Poët. pro μαλακοῖς, a nominat. μαλλασκός, ἡ, ὄν, mollis, Verbum est μαλάσσω, *mollio*. Plutarch. μαλάσσει τὰ ἦθη. v. 40
- Μὲν *quidem*, particula affirmandi, non aduersandi, ut τὸ *quidem* apud Latinos v. 1
- Μετέπειτ' pro μετέπειτα postea, adu. v. 29
- Μέτρον, ἡ, τὸ, *mensura*, item vas, quo aliquid metimur, seu ad quod mensuram examinamus; unde etiam Etymologus deriuat a verbo μέιρω, id est, *diuido*. v. 38
- Μηδεὶς, *nemo*, quasi μηδὲ εἷς. v. 25
- Μικρῆς *exigui*, gen. sing. f. g. Ion. pro μικρᾶς, a μικρός, ἄ, ὄν, paruus. v. 7
- Μιν acc. Dor. pro αὐτὸν, quasi ab inusitat. nominat. ἴς pro ὄς, cuius accusat. est ἴν, et praeposito μ. Significat *ipsum, ipsam, ipsum, ipsos, ipsas, ipsa*, aliquando etiam *ipsius*. v. 72
- Μοι pro ἐμοὶ, *mibi*, per Aphaeres. est Dativ. sing. a nom. ἐγὼ, *ego*. v. 42
- Μοῖραεν *partem*, acc. sing. a nom. μοῖρα, ας, ἡ, *pars, portio*. Rad. μέιρω, *diuido*. v. 18. 20

### N.

- Ναὶ *nae, ita*, adu. assentientis, obsecrantis obtestantis: Matth. V, 37. Ἐσὼ δὲ λόγος ὑμῶν, ναὶ, ναί. v. 47
- Ναίει *habitat*, 3 praes. ind. a verbo ναίω. v. 8
- Ο. Ὀλε-



## VOCABVLORVM.

### O.

- ᾽Ολέσθαι *aboleri*, infin. aor. 2, pass. verbum est ᾽Ολλυμι seu ᾽Ολλύω, quorum prius est vsitatius. Vtrumque tamen est Anomalon, mutuans sua tempora ab inus. ᾽Ολέω et ᾽Ολλω. vid. *Welleri Gramm.* p. 293. v. 16
- ᾽Ομματα oculis, datiu. plur. ab ᾽Ομμα, ατος, τὸ οculus. Quod est a ᾽Ομμαι, abiecto augmento, et mutato μαι in μα, vnde ᾽Ομμα. *Homerus* in Βατραχομ. ἔχει Θεὸς ἕκδικον ᾽Ομμα. v. 40
- ᾽Ομοίην *similem*, acc. sing. f. g. ab ᾽Ομοιος. Rad. ᾽Ομός, ἦ, ᾽Ον, similis. v. 52
- ᾽Οποῖα *veluti*, Adiectiua enim neutra pro aduerbiis ponuntur, tam in plurali numero, quam in singulari. Nomen est ᾽Οποῖος, *qualis*. v. 37
- ᾽Οπόσα quaecunque a nom. ᾽Οπόσος, η, ον, quicunque. v. 36
- ᾽Οπως, *ut*. v. 27
- ᾽Ορκον *iusiurandum*, acc. sing. a nominat. ᾽Ορκος, ος, ᾽Ο. v. 2
- ᾽Οφρα, coni. causalis significat 1) *ut, quo*, 2) *donec, quoad*, 3) *dum, interea*. Reperitur cum indicatiuo constructum, et quidem in re praeterita, in praesenti re autem, aut futura, fere cum coni. et optatiuo, vid. *Welleri Gramm.* p. 350. v. 8

### Π.

Παγάν fontem Dorice pro πηγάν, acc. sing. a nominat. πηγή, ἥς, ἡ, fons.

Παντί

## INDEX I.

- Πᾶντι** *omni*, datiu. singul. a nominat. *πᾶς, πᾶσα, πᾶν*, *omnis, e.* In Apostolicis potissimum Epistolis adiectiuum *πᾶς* ad *summum* officii cuiusdam Christiani *gradum*, quem in hac quidem vita adsequi potest, exprimendum, efficacissime adhibetur. Eiusmodi locos collegit Summe Venerabilis D. *Christophor. Wollius* in *Ecclesia Pharisæica et Christiana* p. 206. seq. v. 24
- Πάνυ** *omnino, prorsus, valde, admodum, magnopere*, a *πᾶς*, quod *Martinius* a *παύω*, *quiesco*, deriuat. Τὸ *πάνυ* significat etiam *illustris, clarus*. Sic *Aug. Buchnerus* in Epistolis suis habet, inprimis *Grotii*, τὸ *πάνυ*, *Idem ὁ πάνυ*, *Heinsius*. v. 20
- Παραδόντα** *tradentem*, acc. sing. Partic. aor. 2 verbi *παραδίδωμι*, *trado, expono*. v. 47
- Παρέβην** *transgressus sum*, 1 aor. 2 ind. a verbo *παραβαίνω* *transgredior, transeo*. Nam in compositione *παρὰ* significat *praeter, vel trans*. Componitur ex *παρὰ*, et *βαίνω*, *eo, abeo*, quod est anomalon. vid. *Welleri Gramm.* p. 283. v. 42
- Παρείπη** *persuadeat*, 3 sing. praes. con. verbi *παρέπω*, *moneo, hortor, persuadeo*. Comp. ex *παρὰ* et *εἶπω* seu *ἔπω*, *dico*. v. 25
- Παῦροι** *rauci*, a *παῦρος, α, ον*, est Poëticum. Neutrum plurale *παῦρα* interdum aduerbialiter ponitur, et significat *raro*. v. 56
- Πέλαις** *prope, adu. loci*. v. 55
- Πέληται** *sit*, 3 sing. praes. Coni. verbi *πέλομαι* *sum*, idem quod *πέλω*. Est defectiuum et usurpatur tantum in praesenti et imperf. indic. et in partic. apud Poëtas. v. 27
- Πέπρω-

## VOCABVLORVM.

- Πέπρωται *fato destinatum est*, per Syncop. pro πε-  
περάτωται 3 sing. Praet. Pass. a verbo περατόο-  
μαι, cuius actiu. est περατόω, *destino*. Rad. πέ-  
ρας, ατος, τὸ, *finis*. v. 15
- Περ Particula est Enclitica, quae annecti aliis ora-  
tionis partibus solet et plerumque significat, *quan-*  
*quam, quamuis, licet*. Vel breuius, est particula,  
quae annecti solet, vt Latina *cunque*, vim aliquam  
distributionis, qua colligitur vniuersalitas, notans,  
vt ὅς περ, *quicumque, omnis*. Nonnunquam est  
vox otiosa. v. 23
- Πεφύλαξο *caue*, 2 sing. imper. Praet. Pass. a verbo  
actiu. φυλάσσω, *custodio, tueor*. v. 36
- Πῆ *vbi, quomodo*, particul. interrogationis. v. 42
- Πήματ' pro πήματα mala, acc. plur. a nom. πῆμα,  
ατος, τὸ, *damnum, malum*. Etymologi πῆμα  
verbale esse, dicunt a πύθω, significanta πάχω, vt  
fit, quod quis patitur. v. 54
- Ποιεῦ *fac*. 2 imper. praes. Dorice pro ποίει. Nam  
Dores pro εο et ου ponunt ευ. Verbum est ποιέω,  
ῶ, *facio*. v. 5
- Πολύ *multum*. Aduerbialiter interdum redditur.  
v. 20
- Πόνει *labora*, pro πόνεε, 2 sing. imper. praes. a verbo  
πονέω, ῶ, *laboro*. v. 40
- Ποτῆ *potulenti*, gen. sing. a nom. ποτὸν, ῆ, τὸ, a πέ-  
ποται, verbi πίνω seu inusitati πόω, *bibo*. v. 33
- Πραέσι *mitibus*, datiu. plur. a nominat. πραῦς, εἶα, ὕ,  
*mitis, lenis*. v. 6
- Πραῶς *leniter, adu.* v. 18. 24
- Πρέπει *decet*, 3 sing. praes. ind. a πρέπω, *conspicius*  
*sum, excello*. Etymologus deducit hoc verbum  
a πρὸ

## INDEX I.

- a *πρὸ* et *ἔπω*, id est, *dicendi primas teneo*, et qui excellunt, praerogatiuam habent loquendi. v. 19
- Πρήξεις* pro *πράξεις* Ion. *facies* 2 sing. fut. 1. Nam Iones saepe vertunt litteram *α* in *η* a verbo *πρήσσω* Ion. pro *πράσσω*, facio, fut. 1 *πρήξω*, aor. 1 *ἔπρηξα*, inf. *πρήξαι*. v. 11. 26
- Πρὶν* priusquam, pro *πρὶν*, ἢ. Construitur in Nouo Testam. cum *indicatiuo* e. g. *πρὶν εἶπε*, cum *optatiuo*, *πρὶν*, ἢ *ἔχοι*, cum *Coniunctiuo*, Luc. II, 26. *πρὶν*, ἢ *ἴδῃ τὸν χριστὸν τῶ κυρίῳ*. Frequentissime autem cum infinito, Matth. I, 18. *πρὶν*, ἢ *συνελθεῖν αὐτὸς*, *πρὶν ἀποθανεῖν* etc. v. 41
- Προσδέξαται* *admittere*, infin. aor. 1 med. a verbo *προσδέχομαι*, *excipio*, *admitto*. v. 40
- Προσπίπτει* *accidunt*, 3 plur. Praes. ind. a verbo *προσπίπτω*, h. l. *accido*. Saepe etiam exponitur, *supplex* fio, ad *genua accido*, vt Luc. VIII, 47. Marc. III, 11. et apud *Plutarchum* *Agésilao* pag. 597. et alios. v. 22
- Πρῶτα* *primum*, est adu. ordinis. Adiectiua enim neutro genere ponuntur loco aduerbiorum, in utroque numero, vt *τὸ πρῶτον*, *τὰ πρῶτα*, *primum*. v. I. 10

### P.

- ῤέζων* *faciens*, particip. praes. a *ῤέζω*, facio, f. 1 *ῤέζω* et *ἔρζω*, aor. 1 *ἔρεξα*. v. 3

### Σ.

- Σαυτὸν* *teipsum*, per *Crasin* pro *σεαυτὸν*, acc. sing. caret nominatiuo, Comp. ex *σὺ* et *αὐτὸς*. v. 12. 14. 23
- Σαώσεις* *seruabis*, 2 sing. fut. 1, a verbo *σαώω*, quod Poëtis idem est ac *σώζω*, *seruo*. v. 66

Σέβ8

## VOCABVLORVM.

Σέβω *venerare*, 2 sing. imper. praes. verbi σέβομαι  
et σέβω, *veneror*, *colo*, vſitati tantum in praesenti.  
*Angelus* tamen *Caninius* etiam ἐσέβδην e *Sophocle*  
annotauit. v. 2

Σίτῃς *frumenti*, gen. sing. a nom. σῖτος, ἄ, ὄ, frumen-  
tum et τὸ σῖτον, *panis*, a σίω, id est, σείω, *quatio*,  
quod frumentum ex aristis excuti soleat v. 33

Στήσας *stans*, partic. aor. I ab ἵστημι, *sto*. v. 69

Σύμφυτος, ἄ, ὄ, ἦ, *una plantatus*, *una genitus*. v. 60

Συνίσασι *sciunt*, 3 plur. praes. indic. a verbo συνίση-  
μι, *scio*. Quod penultima sit longa vid. *Welleri*  
*Gramm.* p. 365. v. 56

Συνοπαδὸς, ἄ, ὄ, ἦ, *Comes*, qui sequi aliquem iube-  
tur, a σύν et ὀπάζω, *comitem praebeo*. Penultima  
in συνοπαδὸς est longa. v. 59

Σύστασιν *constitutionem*, acc. sing. a nominat. σύστα-  
σις, εως, ἦ, *Constitutio*, a verbo συνίσταμαι, quod  
idem est ac συνίστημι, *constituo*. Compon. ex σύν  
et ἵστημι, *statuo*, *sisto*, *erigo*. v. 51

## T.

Τε que Coniunctio copulans, enclitica. Aliquando  
ponitur otiose, praesertim in compositione, vt  
syllabica adiectio, vt *que* apud Latinos. v. 3. 4. etc.

Τελείδω contr. pro τελέεδω *perficitor*, 3 singul.  
imper. praes. a verbo ἀεί. τελέω, *finio*. Radix  
τέλος, εος, τὸ, *finis*. v. 24

Τερπνότατον *suauiſſimum*, acc. sing. superl. a nomi-  
nat. τερπνότατος, a positiuo τερπνός, ἦ, ὄν, *suauis*,  
*iucundus*, Rad. est τέρπω, *delecto*. Etymologus  
deducit a τρέπω, quoniam oblectatio animum  
auertit a curis. v. 31

## H

Τέρπη

## INDEX I.

Τέρπε *laetare*, 2 sing. imper. prael. med. a verbo ἀτ.  
τέρπω, *delecto*. v. 44

Τετρακλὺν *quaternionem*, acc. sing. a nominat. τε-  
τρακλὺς, ὕος, ἦ, idem ac τετραὰς, ἀδος, ἦ, *quater-*  
*nio, quaternarius numerus*. v. 47

Τίμα pro τίμαε *cole*, 2 imper. prael. a verbo τιμάω  
honoro, fut. 1 ησω, aor. 1 ἐτίμησα, Praet. τετί-  
μηκα. Penultima in hoc verbo ut et in τιμή  
Subst. est longa, vid. *Welleri Gr.* p. 382. v. 2. 4

Τλήμονες *miseri*, nom. pl. a τλήμων, ονος, ὁ, ἦ, miser.  
v. 55

Τοι. Est particula enclitica, cum Dativio Dor. τοῖ pro  
σοῖ, tibi, id quod saepe fit, non confundenda. Ad-  
verbiis vel conjunctionibus annectitur, ornatus  
tantum gratia, ut δὲ τοι h. l. *alias, quidem, utique,*  
*significet*. v. 24

### Υ.

Υγιείης *sanitatis*, genit. sing. Ion. pro ὑγείας, ab  
ὑγεία, ας, ἦ, *sanitas*. v. 32

Ὕπνε *somni*, gen. sing. a nominat. ὕπνος, ε, ὁ. *Mat-*  
*thias Martinus* et alii deriuant ἀπὸ τῆς ὑποπνέειν,  
quod in dormientibus pulmo quidem non desit  
officio suo, tamen in bene sanis, mollius et sub-  
missius ducat spiritus. Vel ut *Eustathio* placet,  
ὕπνος quasi, λύπνος, ὅτι λύει τὸν πόνον, quod  
tollat labores et curas. Vel ex ὑπονεῖν sub aqua  
se condere, vnde *Virgilius Aeneid.* IV. v. 496.

- - conditque natantia lumina somnus.

### Φ.

Φείδεο *parce*, Ion. pro Φείδε, 2 sing. imper. prael.  
med. a verbo Φείδομαι, parco, quod construitur  
cum genitiuo. v. 12

Φεύγειν

VOCABVLORVM.

- Φεύγειν fugere, infin. prael. a Φεύγω, fugio. v. 60  
 Φέρε fer, 2 sing. imper. prael. a verbo Φέρω, quod  
 est anomalon. Aliquando Φέρε etiam ponitur  
 aduerbialiter, per exclamationem exhortantis vt  
 apud Plutarchum de Educatione Puer. c. 1. Φέρε,  
 σκεψώμεθα, agedum, consideremus.  
 Φθόνον inuidiam, acc. sing. a nom. Φθόνος, 8, ό, inui-  
 dia, a Φθέω, labefacio; nam inuidia facit marce-  
 scere suos cultores. v. 36  
 Φράζειν cogita, 2 sing. imper. prael. med. Dor. pro  
 Φράζει, verbum est Φράζω, dico, fut. 1 Φράσω,  
 fut. 2 Φραδῶ. Eustathius deducit hoc verbum a  
 Φάω, dico, vnde primum fiat Φάζω, et, Epen-  
 thesi litterae ρ, Φράζω. v. 19. 68  
 Φρένας mentes, acc. plur. a Φρήν, ενός, ή, mens. v. 57

X.

- Χρεών opus, conueniens, subaudi εἰς et interpretare,  
 necesse est. Quando enim absque articulo poni-  
 tur, idem significat, ac necesse est, oportet. v. 31  
 Χρή necesse est, oportet, decet, est imperf. Eustathius  
 dicit, quosdam, per Apocopen dici, voluisse, χρή  
 pro χρήζει, ideoque etiam tono acuto notari;  
 alios vero putasse, aduerbium esse, deriuatum a  
 nomine χρεία, ας, ή, usus. v. 32  
 Χρήματα opes, acc. plur. a nominatiuo sing. τὸ χρεῖ-  
 μα, ατος, res quasi vtibilis, qua quis potest χρεῖ-  
 σθαι. v. 16  
 Χρησός, ή, όν, utilis, bonus. v. 44  
 Χρῶνται vtantur, contr. pro χράωνται, 3 pl. prael.  
 coni. a verbo χράομαι, vtor. v. 62

# INDEX I. VOCABVLORVM.

Ψ.

Ψεῦδος, εὐδος, τὸ, mendacium.

v. 23

Ψυχᾶ animae, Dativ. sing. Dor. pro ψυχῆ, a nom. ψυχῆ, ἡς, ἡ, anima, vita. Deriuatur a ψύχω Spiro: Deficiente spiritu, deficit vita.

Ω.

Ωδε, sic, ita, hoc modo, huc, quam ultimam τῷ ᾧδε significationem Poëticam esse statuit *Aemilius Portus* in Lexico Dorico, pro quo communiter vsurpatur δεῦρο. Sed saepissime tamen in Nouo Testamento eodem sensu vsurpatur vt Matth. VIII, 29. c. XIV, 18. Marc. XI, 3. et apud *Arrianum* *Epiëtet*. L. I. cap. 27. conf. *Ioh. Christoph. Wolfii* Cur. Philolog. et Crit. in IV. Euang. et Act. Apost. p. 501.


Ωs dupliciter scribitur, vel sine accentu, vel cum accentu; cum accentu significat idem quod ἔτω, sic, ita; sine accentu autem, vt hoc loco, sicut, vt.

v. I



INDEX





INDEX II. AVCTORVM  
IN HOC LIBRO ALLEGATORVM.

|                           |                         |                           |                |
|---------------------------|-------------------------|---------------------------|----------------|
| <b>A</b> elianus          | 23                      | Cornelius Nepos           | 26             |
| Aldobrandinus (Thomas)    | 79                      | Crispus (Ioh. Bapt.)      | 80             |
| Apuleius                  | 16. 32. 36. 37. 83      | <b>D.</b>                 |                |
| Arianus                   | 6                       | Dacerius (Andr.)          | 16             |
| Aristides                 | 25                      | Delle (Claudius)          | 80             |
| Aristophanes              | 50                      | Demosthenes               | 54             |
| Aristoteles               | 23                      | Deylingius (Salom.)       | 23             |
| Athenagoras               | 70                      | Diodorus Siculus          | 26             |
| Augustinus                | 26. 82                  | Dionysius Halicarnassicus | 39             |
| Aurispia (Ioh.)           | 13                      |                           | 40             |
| <b>B.</b>                 |                         | Dodwellus (Henr.)         | 17             |
| Baelius (Petr.)           | 16                      | Drufius (Ioh.)            | 81             |
| Barlouius                 | 27                      | <b>E.</b>                 |                |
| Bebelius (Balth.)         | 81                      | Empedocles                | 87             |
| Belius (Carl Andr.)       | 23                      | Engelcken (Heinr. Ascan.) | 18             |
| Bentleius (Richard)       | 17                      |                           | 18             |
| Brucker (Iacob)           | 16. 19. 22              | Ernesti (Ioh. Aug.)       | 56             |
|                           | 24. 25                  | Euripides                 | 39. 49. 52     |
| Buddeus (Ioh. Franc.)     | 22                      | Eustrathius               | 27             |
|                           | 81. 86                  | <b>F.</b>                 |                |
| Bulstrodeus (Whitelockus) | 80                      | Fabricius (Ioh. Alb.)     | 24. 26         |
| Burnet (Thomas)           | 69                      |                           | 27             |
| <b>C.</b>                 |                         | <b>G.</b>                 |                |
| Camerarius (Ioachimus)    | 2                       | Galenus                   | 31             |
|                           | 40                      | Gaudentius (Payan.)       | 80             |
| Cicero                    | 31. 49. 56. 57. 84 seq. | Gellius (Aulus)           | 85             |
| Clemens Alexandrinus      | 30                      | Gregorius Nazianzenus     | 41             |
|                           | 62                      | Grotius (Hugo)            | 81             |
| Clericus (Ioh.)           | 16                      | Gyraldus (Lilius Gregor.) | 21             |
|                           |                         | <b>H</b> 3                | <b>H.</b> Hel. |

## INDEX II.

|                            |                    |                          |               |
|----------------------------|--------------------|--------------------------|---------------|
| <b>H.</b>                  |                    | Mamertus (Claud.)        | 26            |
| Helmont (Franc. Merc. van) | 81                 | Marcilius (Theodor)      | 5. 6          |
| Heraclides                 | 31                 |                          | II. 12. 53    |
| Herodotus                  | 78                 | Menagius (Aegidius)      | 21            |
| Hesiodus                   | 38. 45             | Meyerus (Ioh. Frid.)     | 18            |
| Heumannus (Chrph. Aug.)    | 16. 80             | Montacutius (Richard)    | 81            |
| Hierocles                  | 3. 13. 53          | Mosheim (Ioh. Laurent.)  |               |
| Hieronimus                 | 56. 60             | Mourgues (Michael)       | 24            |
| Hody (Hunfredus)           | 81                 | Moyne (Steph. le)        | 24            |
| Hoefchelius (David)        | 9                  | <b>N.</b>                |               |
| Homerus                    | 51. 72. 74 seq.    | Naudaeus (Gabriel)       | 80            |
| Horatius                   | 50. 54. 57. 61. 74 | Needham (Petr.)          | 8. II. 12     |
|                            | 84 seq.            | <b>O.</b>                |               |
| Huetius (Petr. Dan.)       | 18. 69             | Olearius (Godofr.)       | 80            |
| <b>I.</b>                  |                    | Ouidius                  | 59            |
| Iamblichus                 | 10. 16. 21         | <b>P.</b>                |               |
| Ionius (Ioh)               | 23                 | Pausanias                | 26            |
| Iosephus (Flau.)           | 25. 81             | Petauius (Dionysius)     | 17            |
| Iustinus                   | 16                 | Phocylides               | 31. 55        |
| Iustinus Martyr            | 71                 | Photius                  | 16            |
| <b>K.</b>                  |                    | Pichius (Petr.)          | 81            |
| Koeler (Ioh. Dau.)         | 23                 | Pindarus                 | 55            |
| Kretzschmar (Christoph.)   | 23                 | Plato                    | 30. 49        |
| <b>L.</b>                  |                    | Plautus                  | 59            |
| Laertius (Diogenes)        | 16. 20             | Plinius                  | 30            |
|                            | 21                 | Plutarchus               | 5. 10. 25. 59 |
| Lenfent (Iacob)            | 18                 | Porphyrius               | 8. 9. 10. 16  |
| Liuius                     | 42                 | Proclus                  | 30            |
| Lloydus (Guiliel.)         | 17                 | Propertius               | 66            |
| Lucianus                   | 25                 | <b>R.</b>                |               |
| Lucretius                  | 30                 | Rhodius (Ambrosius)      | 80            |
| <b>M.</b>                  |                    | Rotth (Christian August) | 61            |
| Macrobius                  | 10                 | Rufinus                  | 25            |
|                            |                    | <b>S.</b>                |               |
|                            |                    | Sallustius               | 54            |
|                            |                    | Salmasius (Claud.)       | 12            |
|                            |                    |                          | Schef-        |

## AVCTORVM.

|                         |            |                      |                 |
|-------------------------|------------|----------------------|-----------------|
| Schefferus (Ioh.)       | 18         | Thales Milesius      | 37              |
| Schelhorn (Ioh. Georg.) | 26         | Theognis             | 46. 58          |
| Schilter (Ioh.)         | 22         | Tibullus             | 66              |
| Schmidius (Ioh.)        | 81         | Tzetzes (Ioh.)       | 75              |
| Scultetus (Abrah.)      | 81         |                      |                 |
| Seldenus (Ioh.)         | 18. 69. 81 | V.                   |                 |
| Seneca                  | 43. 49. 55 | Vossius (Gerh.)      | 26              |
| Sextus Empiricus        | 10. 13. 70 |                      |                 |
| Sleuogt (Paul)          | 81         | W.                   |                 |
| Stanleius (Thomas)      | 12. 26     | Weighius (Eberhard)  | 69              |
| Stobaeus                | 4. 5       | Wendelinus (Godofr.) | 69              |
| Stollius (Gottlieb)     | 24         | Windetus (Iac.)      | 27              |
| Suetonius               | 59. 83     | Wolfius (Hieronymus) | 51              |
| Suidas                  | 16. 70     | Wollius (Christoph.) | 62              |
| Sylburgius (Frid.)      | 4          |                      |                 |
|                         | T.         | X.                   |                 |
| Terentius               | 44. 47. 49 | Xenophon             | 32. 33. 34 seq. |

L I P S I A E

EX OFFICINA STOPFFELIANA.

M D C C L.



## Errata operarum sic corrigè.

Pag. 17. pro Lloylius lege Lloydius. p. 51. pro ὑπερ  
μονον lege ὑπὲρ μόρον. p. 64. lin. vlt. pro mana lege  
manu. p. 74. lin. 6. pro cum lege eam.

Caetera si quae sint maioris aut leuioris momenti, eru-  
ditus Lector facile per se corriget; quemadmodum et quae  
hic notauimus maximam partem cuius per se corrigere fa-  
cillimum fuisset; quia tamen obiter lustranti sese obtulere,  
hic ea annotare placuit.





Lit. Graec. B. 5446

